IVNTARVM
TYPOGRAPHIAE
ANNALES
PARS I.

DE FLORENTINA
IVNTARVM TYPOGRAPHIA
EIVSQVE CENSORIBVS

EX QVA

GRAECI, LATINI, TVSCI SCRIPTORES
OPE CODICVM MANVSCRIPTORVM
A VIRIS CLARISSIMIS
PRISTINAE INTEGRITATI RESTITVTI
IN LVCEM PRODIERVNT.

ACCEDVNT

EXCERPTA VBERRIMA PRAEFATIONVM
LIBRIS SINGVLIS PRAEMISSARVM

AVCTORE

ANGELO MARIA BANDINIO, I. V. D.

Parisiensis, Neap. Flor. Academiae Socio, Biblioth. Laur. & Marucell. Regio Praefecto.

Opus Litterariae Historiae, & Bibliographiae studiosis perquam utile & periucundum.

PARS I.

LVCAE CIϽ. IϽ. CC. LXXXXI.

Typis Francisci Bonsignori)(Cum Approbat.

c

EMINENTISS. ET REVERENDISS.

PRINCIPI

STEPHANO BORGIAE

S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI

ANG. MAR. BANDINIVS.

QVamvis non dubitem, CARDINALIS EMINENTISSIME, fore ut in nonnullorum reprehensionem incurram, quod longioris Operis particulam, a me florentibus annis incepti, publica nunc luce donandum censuerim; eos tamen, si paullisper consilii mei rationem perpendere voluerint, facile mihi veniam daturos confido. Dudum siqui-

dem ab Vrbe procul, quum a publicis solutus essem muneribus, pacatum secessum, & tranquillam solitudinem quaeritans, in studiis litterarum & Musarum otio vitam omnem mihi traducendam proposui. Huc etiam accessit, quod ita me esse a natura comparatum sensi, ut circumcursiones ad potentiorum limina, blandimenta, salutationes, in quibus maxima temporis iactura fit, odio semper habuerim; ac praecipue ludicra illa exercitamenta, quibus plerique hominum, arduum, & plurimis obsitum difficultatibus virtutis iter detrectantes, faciliori hac via honores, & lucra, quibus inhiant, consequuntur.

Ex hoc vitae meae instituto uberrimos fructus collegi, ac lucubrationes varias fortasse non omnino spernendas, consignare litteris potui, de quibus quum in familiaribus colloquiis a me cum splendidissimo Principe habitis, dum Florentiae per aliquot menses, duobus abhinc annis, immoraretur, verba facerem, sermo incidit in Annales Etruriae typographicos, quos, (quinquaginta ferme anni elapsi sunt) adornare caeperam, postea vero,

uti saeculi genio minime adcommodatos, perpetua nocte damnaveram. Quo nuntio accepto, quum ille prae ceteris ingenua haec studia, quae profitemur, impense foveret, a dura hac sententia me revocavit, atque ut specimen aliquod mearum huiusmodi lucubrationum, celeberrimae videlicet Iuntarum Typographiae Annales expolirem, a me ardentissime efflagitavit.

Quum itaque, CARDINALIS EMINENTISSIME, ob ingentia beneficia, quibus me, atque optimas artes prosequeris, aliquam obsequentis & grati in Te animi mei significationem dare sedulo cogitarem, ac praecipue postquam summus Pontifex PIVS VI. in Purpuratorum Patrum Senatum, toto litterario orbe plaudente, Te sollemni ritu inauguratum cooptavit, quidquid hac in re praestare potuerim, Tibi uni, editis operibus immortalitatem adepto, censui nuncupandum.

Tu enim a prima iuventute, mecum intima familiaritate coniunctus in excolenda ac promovenda omnigena eruditione, tales progressus fecisti in litteris, ut Italica, ceterae-

que florentiſſimae Europae nationes iamdiu Tibi, linguarum uſu, antiquitatis peritia, utriuſque iuris ſcientia, morum ſuavitate, aequa rebus in arduis mente, neminem praeferant.

Hinc factum eſt, ut celeberrimi Viri, quos inter, honoris cauſſa commemorandi ſunt Ioannes Georgius Adlerus, Georgius Zoega, Nicolaus Schowius, Heerenius, Simon Aſſemannus, Aloyſius Lanzius, Auguſtinus Antonius Georgius, Auguſtinianae, ac Philippus Angelus Becchetius Dominicanae Familiae illuſtres Alumni, virtutum Tuarum fama commoti, praeclara ingenii ſui monumenta Tibi, tamquam Numini propitio ac ſalutari, muneri dare certatim ſtuduerint.

Ecquem profecto latet, quanta, praecipue dum per octodecim ferme annos honorificentiſſimum a ſecretis ſacrae Congregationis propagandae Fidei munus ſumma cum laude adimpleres, ſapientiae ac doctrinae ſupellex, quot rariſſimi undequaque Codices comparati, quot eruditae antiquitatis pretioſa cimelia ab

interitu vindicata in Tuas ſplendidiſſimas aedes inlata fuerint, quorum nonnulla a viris clariſſimis illuſtrata atque aeri inciſa, per manus hominum circumferuntur.

Quae quum ita ſe habeant, virtuſque per ſe ipſa repulſae neſcia, intemerata refulgeat, mirandum non eſt, ſi Veliternum Borgianum Muſeum, Phoebi, Muſarumque ſacrarium, Minervae decus, immo Tuum ipſum cubiculum, ſapientiae ſedes, doctrinae emporium, litterarum mora paſſim iure optimo nuncupetur.

Cuius quidem rei egomet ipſe teſtis fui; quum enim decem abhinc annis per aliquot menſes in Vrbe terrarum Domina ſubſtitiſſem, me non ſolum incredibili humanitate proſequi non es dedignatus; verum etiam commenſalem bis ſaltem in hebdomada cum doctiſſimis Viris habere voluiſti.

Accipe igitur, AMPLISSIME CARDINALIS, exiguum hoc obſequii mei monumentum, quo poſterorum memoriae, quantum Tibi debeant bonae litterae, quantumque opis ad illas amplificandas contuleris, inclareſcat.

Quod si gravissimo iudicio Tuo probatus discessero, ab omnibus me magnifice laudatum esse, non sine caussa existimabo. Vale Romanae Purpurae immortale decus, & ornamentum, ac me, quod semper fecisti, munifica tua benignitate complectere. Dabam Florentiae XXXI. Maii MDCCXCI.

INDEX
RERVM NOTABILIVM

Numerus primus Romanus indicat primam & ſecundam Partem, arabicus paginam.

A

B

C

D

E

F

H

I

M

N

Ne-



P

Q

R

S

T

V

X

Z

DE

DE IVNTARVM FAMILIAE ORIGINE.

CAP. I.

Quum de *Iuntis* (1) optime meritis Florentinorum typographis, qui reliquos omnes apud nos impressoriae artis magistros, numero, & delectu graecorum, latinorum, italicorumque Scriptorum longe superarunt, nihil pro-

A

(1) *Giunta* vel *Zonta* dicti sunt aliquando *Philippus*, & *Lucas Antonius* fratres, ut recte animadvertit Cl. *Maittairius* Annal. Typogr. Amstaelod. apud *Petrum Humbert* MDCCXXXIII. 4. Tom. I. P. I. pag. 254. 256., qui obiter agit de *Philippo*, & *Bernardo Juntis*, eorumque emblematibus Tom. II. pag. 137. Addit insuper *Peregrinus Orlandius* Origine, e progressi della Stampa pag. 241. *Juntas* lilium in editionibus Florentinis, Venetis, Romanis, & Lugdunensibus constanter adhibuisse. In amplissima autem Stemmatum Florentinarum Familiarum collectione apud *Clem. del Pace* I. C. Florentinum invenio N°. 239, Giunti. *Giglio rosso in campo bianco, striscia verde a traverso, campo parte rosso, parte bianco.*
N°. 304. Giunti. *Striscia verde in campo parte nero, e parte giallo.*

N°. 311.

ferat Cl. *Maittairius* in Annalibus suis typographicis iuvat heic quaecumque ea de re colligere potui, in medium adferre. *Iuntarum* Familiam non ex Gallia, ut suspicatur *Crevenna* (1) Florentiam venisse, sed Florentinae originis fuisse ex publicis vectigalium libris manifeste apparet. (2) Quapropter iam inde ab Anno MCCCXXXII. in lanificii arte eamdem descriptam invenio, quod confirmatur instrumento quodam emptionis factae a fratribus *Iunta* & *Iacobo* sub die IV. Decembris Anno MCCCXL. manu *Americi Vespuccii* Notarii publici Florentini. Constat etiam postero tempore eamdem Familiam in maiorum quoque Artium Collegium, Medicorum videlicet, & Pharmacopolitarum, itemque sericorum fuisse receptam; adeo ut in scrutinio Florentinorum Civium Anni MDXXIV.,

---

N°. 311. Giunta Filippo. *Sepoltura in Badia, Giglio in Campo bianco, e con striscia verde, e campo parte rosso, e parte bianco.*

N°. 343 Giunta Luca. *Sepoltura in S. Maria Novella, Arme simile alla prima. Striscia verde a traverso, con Giglio verde in campo, parte giallo, e parte nero.* Giunti *Sepoltura in S. Maria sul Prato.*

(1) *Catalogue raisonné de la collection des livres de M.* Pierre Antoine Crevenne. *Sixieme Volume. Addiction & tables* MDCCLXXVI. pag. 146. *L'imprimerie des* Giunti, *qui tint le second rang en Italie après les* Aldes, *semble en effect en avoir été l'émule; aussi, eut elle commencement à Florence, peu d'années après celle là, c'est-à-dire en* 1497. *par* Philippe Giunta, *que l'on croit venu de Lyon &c.*

(2) Seriem Iuntarum Familiae genealogicam non minori cura quam labore contextam, ut eruditorum curiositati facerem satis, heic praeponendam curavi.

GIVNTI MODESTI
S. SPIRITO NICCHIO

GIVNTA (1)

LAPO detto LAPINO Ambasciatore in Romagna ne' 12. Nov. 1350.

BIAGIO 1376. = BENE DI GIO. S. Friano 1384. Gab. A 36. a 196. (2)

GIVNTA 1432 (3) PIPPA....

IACOPO (3)

FRANCESCO nato 1448.

IACOPO in Lione di Francia. a Roma nel 1528. (4)

LVC' ANTONIO (5) Sqq. 1524. a 31. 1534 a 422. FRANCESCA di SOLDANO di SER FRANCESCO da CEPPERELLO 1491. (6)

BERNARDO

GIOVANNI Sqq. 1524.

FILIPPO n. 1450. ✠ 1517. 16. Settembre LVCREZIA di BENEDETTO di MICHELE di ZANOBI BVONMATTEI 1486.

BIAGIO nato 1444. MARIA di NICCOLO' di GIOVANNI 1470. D. 121. a 165.

MARIOTTO (11) nato 1442. Fece la Cappella, e la Sepoltura in S. Lucia sul Prato 1497.

MARIOTTO (11)

TOMMASO 1. FRANCESCA di NICCOLO' d' ANT. degli ALBERTI. (7) 2. FRANCESCA di CARLO di GIVLIANO PANCIATICHI 1545.

GIO MARIA MARIA di LVIGI STELLA Nobile Veneziana. (8)

MARIA Monaca in S. Giovannino de' Cavalieri 1518.

BENEDETTO 1537. GOSTANZA de' DIECIAIVTI di GIOVANNI TICCI 1549.

MADDALENA a GIO MARIA di FRANCESCO GABBVRRI 1525.

BERNARDO nato 12. Nov. 1487. sq. 1524. per i primi onori della Rep. de' Buonomini 1530. (9) S'accasò con DOROTEA di IACOPO di Ser MICHELE di ANDREA MODESTI di Prato, squittinato per la maggiore nel 1524. per i primi Onori dell' Eccelsa Repub. Fior. Avvocato, e Conte Palatino 1532. dichiarato (10) da Papa Leone X. l' Anno 1519. 10. delle calende d'Ottobre l'Anno settimo del suo Pontificato.

GIVNTA nato 1479.

IACOPO (4) nato 1485. si trova in Roma.

GIOVANNI LENA di BERNARDO di GIO. GVIDETTI Vedova di FILIPPO CAPPONI 1540. che fece Testamento in favore dei Figli di Gio. suo Consorte per Istr. rog. Ser Antonio Rustici 3. Feb. 1578.

RAFFAELLO nato 1477.

LIONARDO

SANDRO

GIVNTA

BARTOLOMMEO

ALESSANDRO, BARTOLOMMEO matricolati per la maggiore nell'Arte della Lana 1513.

LVC' ANTONIO BIANCA VERDI Nobile Veneta.

LORENZO 34. a 436.

IACOPO MADDALENA di FRANCESCO di GIVLIANO BALDESI 1557. (12) a 34 a 59.

LVCA

TOMMASO

GIVLIO esercitava la Stampa in Madrid nel 1595. morto 27. Gennaio 1618. Vedasi Scipione Ammirato Opuscoli Tomo II, pag. 443.

FILIPPO nato 16. Marzo 1533. (13) Madonna ANDREA di GIVLIANO della FONTE 1576. (14)

BERNARDO

LVCREZIA Monaca in S. Maria Maddalena de' Pazzi 1556.

BIAGIO n. 1523.

FRANCESCO n. 1525.

RAFFAELLO n. 1535.

FIAMMETTA a FRANCESCO di ZANOBI GIOVANNINI.

AGNOLO

LVCREZIA 34. a 218.

FRANCESCA LVCREZIA ad ALDO di PAOLO di ALDO MANVZIO.

TOMMASO LVCIETTA di MICHELE MARINO Nobile Veneziano 1603.

COSIMO n. 1579.

CATERINA a LORENZO di LIONARDO LIONI 1629.

BERNARDO

FRANCESCO

ALESSANDRO Frate.

GIVLIO, o GIVLIANO.

GIO. DONATO

MODESTO nat. 22. Febbr. 1582. PORZIA, o CINTIA di Mes. CRISTOFANO CECCHERINI 1630. (17)

DOROTEA a ANDREA di DOMENICO GVASCONTI 1596. (15)

MARIA ALESSANDRA a IACOPO di MICHELE DVCCI Nobile Pistoiese 1603. (16)

LVCREZIA a FRANCESCO di MARCO CORNARO 1628.

BIANCA a RANIERI di PIETRO FOSCARINI 1626.

In queste due Femmine, ch' ebbero di dote scudi centomila per una si estinse il ramo della Famiglia Giunti stabilita in Venezia.

LISABETTA a DOMENICO di FILIPPO COMI 1637.

ADRIANA a FRANCESCO MARIA di GIROLAMO FEDINI 1665. (20)

DOROTEA a MARIO di LIONARDO FORTINI, già ORLANDINI della Cicogna. (18)

LVCIETTA a DOMENICO di FILIPPO del RICCIO 15. Marzo 1657. (19)

IACOPO al Sacro Fonte CRISTOFANO n. 18 Marzo 1633. CECILIA del Capitano FRANCESCO di COSIMO ALDANA Nob. Famiglia venuta di Spagna 1671. (21)

FILIPPO MARIA nato 1632. Abate di Vallombrosa.

GIOV. BERNARDO morto nella sua Villa di Valdipesa 20. Ottobre 1744.

MODESTO n. 6. Ottobre 1672. ANNA DEL CONTE ALESSANDRO DI STEFANO MONSONI Nobile Lucchese 1706. (22)

FRANCESCO poi D. BENEDETTO Vallombrosano.

GIO. FRANCESCO

D. GIVSEPPE al Secolo LVC' ANTONIO Can. Penitenziere nella Cattedrale di Prato.

IACOPO Cav. dell' Ordine di S. Giorgio.

GIO. DONATO

CECILIA

DOROTEA ADELAIDE a ANGIOLO MARIA di ANDREA DONNINI, Madre di FRANCESCO MARIA Nobil Patrizio Fior., e Cav. di S. Stefano vivente.

GIVLIO MELCHIORRE

TOMMASO Domenicano.

FILIPPO, poi D. ALESSANDRO Vallombrosano.

---

(1) Nelle notizie istoriche delle Famiglie Fiorentine MSS. presso il Sig. Conte *Pierucci* si trova, che i *Giunti* sono discendenti da un tal *Lapino*, *olim Giuntae de Corella*, *qui morari consuevit in populo* S. Luciae *omnium Sanctorum de Florentia* F. 6. a 192 in Gabella de' Contratti Anno 1354. *Biagio* figlio di detto *Lapino* di *Giunta* si legge nella prestanza de' Cittadini Fiorentini l'anno 1376. *S. Maria Novella* L. B. in detto Popolo di *S. Lucia*.

(2) Avvertasi che le citazioni inserite nell' Albero, sono cavate da' Libri delle Gabelle de' Contratti; lo che basti avere avvertito una volta per sempre.

(3) Questi due Fratelli *Giunta*, e *Jacopo* fino dall' Anno 1432. si trovano matricolati nell' Arte della Lana, come si ricava da Istrumento di compra del 1450. rogato da Ser *Amerigo Vespucci*. Forse da *Jacopo* ne venne il ramo, che andò a stabilirsi in Lione di Francia.

(4) Si trova nella scelta Libreria del Sig. *Gaspero Chint*, in Firenze, e presso il Sig. March. *Lucchesini* di Lucca, *Summa Caietana de peccatis*. *Romae per Dominum* Marcellum Silber, *nobilis Viri Domini* Iacobi de Giunta *Florentini impensis* MDXXV. 4. Potrebbe forse essere quel *Iacopo* Fratello di *Bernardo* di *Filippo* Giunta? Trovo che un *Pietro* della Famiglia *Giunti* andò a stabilirsi a Troyes nella Sciampagna sotto il Regno di Luigi XIII. e professò l' Astrologia alla sua Corte, fece Oroscopi, e celebri Almanacchi cangiando il suo cognome *Giunti* in quello di *Pier l' Arrivay*.

(5) *Luca Ant. di Giunta di Biagio* assieme con i suoi Nipoti di Fratello si legge nello squittinio del 1524. 1534., e poi visti di Collegio nel 1532.

(6) Ciò apparisce da Istrumento rog. da Ser *Antonio* di *Niccolò* di Ser *Ant.* da *Romena* ne' 13. Agosto 1491.

(7) Gabella de' Contratti libro segnato M. 2. a 32. t.

(8) Gabella, come sopra libro S. 2. a 53. t. sotto il dì 10. Dicemb. 1535.

(9) In questa istessa nobile magistratura non solo risiedè ne' 12. Settembre 1532. *Luc' Antonio* Z.o di *Bernardo*, ma ancora ne' 12. Marzo 1537. *Giovanni* di *Biagio* di *Giunta*, Cugino di *Bernardo*.

(10) Ciò risulta dal libro O. 2. a 82. della Gabella de' contratti. Nella Genealogia di *S. Antonino* Arcivescovo di Firenze di fr. *Serafino M. Loddi* stampata in Firenze per *Francesco Moücke* MDCCXXXII. 4. pag. 20. si riporta un Alberino della famiglia *Modesti* di Prato, dalla quale uscì la terza moglie di Ser *Niccolò* di *Pierozzo*, Padre del Santo, che nacque il primo Marzo MCCCLXXXIX; fu fatto Arcivescovo Fiorentino nel MCCCCXLV; morì 2. Maggio MCCCCLIX. Questa istessa famiglia fu illustrata da *Iacopo Modesto* scolare prediletto del *Poliziano*, di cui parlo nel mio Ragionamento istorico sulle Pandette ec. stampato in Livorno nel 1762. 4. pag. 54, e da Ser *Michele d' Andrea* de' *Modesti* Avv. Fior., il quale nell' anno 1514. fu eletto Ufiziale delle Riformagioni di Firenze, e nel 1524. si trovò squittinato, e vinto per la Maggiore, e fu tra i veduti, e seduti per le quattro Arti maggiori. Di qui uscì pure *Gio. Vincenzio* Cav. di S. Stefano, Residente in Milano per la Corte di Toscana nel 1591. ove sposò due mogli, la prima di Casa *Borri*, e la seconda *Trivulzi* senza aver successione. La *Dorotea Modesti* consorte di *Bernardo Giunta* ebbe due Sorelle, che una per nome *Margherita* si accasò con *Francesco Strinati*, e l' altra *Elisabetta* con *Gio. d' Agnolo* di *Bindo Vernucci*, ed un fratello chiamato Mes. *Filippo* di *Jacopo* di Ser *Michele* de' *Modesti* Protonotario Apostolico, il quale con suo Testamento de' 10. Luglio 1590. rogato da *Raffaello* di *Francesco Godenzi* Not. Pratese, istituì eredi universali i figli, e descendenti in infinito di *Bernardo* di *Filippo Giunti*, ordinando, che dovessero prendere l' arme, ed il cognome de' *Modesti* con tutti i privilegi, onori, dignità, come se fossero nati della Famiglia e casata de' *Modesti*.

(11) *Mariotto* Fratello di *Luca Ant.*, e di *Filippo Giunti* trovasi rammentato ne' primi catasti della gravezza dei Cittadini Fior.

(12) Vedi Libr. XIV. a 39. nell' Ufizio della Gabella de' contratti.

(13) Risiedè Console dell' Università de' Medici, e Speziali dal dì 1. Gennaio a tutto Aprile 1589, e degli otto di Guardia, e Balìa dal dì 1. Maggio a tutto Agosto di detto Anno 1589.

(14) Questa Madonna *Andrea* nasceva per Madre di *Alessandra* di *Raffaello* di *Ridolfo Giandonati* illustre Famiglia fino dal 1292., e detta *Alessandra*, come erede di sua Famiglia con sua donazione de' 10. Giugno 1594. per rogito di Ser *Raffaello* da *Pulicciano* donò alla Casa *Giunti* il Giuspadronato delle Chiese, che gli apparteneva, con le armi, insegne, casato, privilegi, e onori di sua Famiglia.

(15) V. La confessione di dote rog. sotto il dì 20. Marzo 1596. da Ser *Raffaello* di Ser *Gio. Ant.* da *Pulicciano*.

(16) V. La confessione di dote rog. per *Giulio Borghi* ne' 12. Luglio 1603.

(17) La Famiglia *Ceccherini* risiedè nel nobile Magistrato de' XII. Buonuomini. La *Cintia* poi fu erede di sua Famiglia, e nasceva da *Isabella* di *Iacopo* di *Francesco Soldani Benzi* nobili, e potenti di contado.

(18) Confess. di dote per istr. rog. Ser *Michele Bonazzini* 20. Marzo 1647.

(19) Gabella de' Contratti lib. H. X. a 29.

(20) Istr. rog. Ser *Michele Bonazzini* 5. Dicembre 1665.

(21) Questa *Cecilia* nasceva da *Caterina* di *Gio. Castelli*, l' Ava sua paterna, fu l' *Alessandra* di *Filippo Corbizzi* ec.

(22) Confessione di Dote per Istrumento rogato Ser *Pietro Francesco* di *Carlo Serducci* nel 1709. di *Modesto* di *Iacopo Giunti* alla sua Moglie *Anna* del Conte *Alessandro* di *Stefano Monsoni* Nobil Lucchese. Quest' *Anna* nasceva da *Maria Lavinia* di *Bernardino Cioni*, l' Ava sua paterna la *Maria* di *Giuseppe Fanucci*, la bisava di Casa *Massaciuccoli*, e la tritava l' *Angelica* di *Giuseppe Santini*, Famiglie tutte Patrizie Lucchesi.

ſupremis Reipublicae honoribus poſſe decorari, fuerit declaratum. (1)

Deſinente ſaeculo xv. *Iuntas* tres ex eadem gente progenitos, prae reliquis, (2) librariam primum, inde vero typographicam artem exercuiſſe, atque officinam ad cudendos libros inſtructiſſimam, eorum quemque ſibi paraſſe, comperimus. Horum certe primus fuit *Lucas Antonius*, *Philippi* frater, qui libros plures iam ab Anno MCCCCLXXXII. impenſa ſua Venetiis imprimendos curavit. Hunc ſubſequutus eſt *Philippus* ipſe, qui Florentiae Anno MCCCCXCVII. prima artis ſuae tentamina in lucem emiſit, & tandem *Iacobus*, *Franciſci de Iuntis* filius, quem non ante Annum MDXX. vel ſuo aere, aut typis libros Lugduni publica luce donaſſe nondum comperimus.

---

(1) Decreto nuper lato Congregationis ſuper Etruriae nobilitate ſub die XXX. Aprilis MDCCLXXXIX. *Iuntarum* Familiam inter Patricias eſſe deſcribendam, decretum fuit.

(2) *Maittairius* l. c. Tom. IV. Part. II. pag. 292. memorat. *Las Pragmaticas de Toledo. Fueron impreſſas en Salamanca por Iuan de Iunta, a ocho dias del Mes de Enero ano de mil, & quinientos, y cincuenta.* Vidi Florentiæ in ſelectiſſima Bibliotheca *Gaſparis Chint* librum, cui titulus: *Summa Caietana de peccatis. Romæ per* Dominum Marcellum Silber, *nobilis viri Domini* Iacobi de Giunta *Florentini impenſis* MDXXV. 4.

De Luca Antonio Iunta, *qui omnium primus Venetiis primo Librariam, inde typographicam officinam instituit.*

CAP. II.

Atque ut a *Luca Antonio Iunta* initium faciam, constat, ipsum Anno MCCCCXCI. uxorem duxisse nobilem feminam *Franciscam Cepperelliam*; quando autem se Venetias contulerit, me prorsus latet. Id autem Anno circiter MCCCCLXXX. evenisse crediderim, quum ex recensione librorum eius impensa, aut cura editorum nullum ante Annum MCCCCLXXXII. luci datum publicae invenerim. In celebriorum autem Bibliothecarum Catalogis hi potissimum recensentur.

MCCCCLXXXII. XVII. Martii.

I. Dialogo de la Virgine Sancta *Catherina* da Siena de la divina Providentia. Impress. in Venetia per *Mathi.* di *Codecâ* da Parma ad instantia di Maestro *Lucantonio Zonta* Fiorentino MCCCCLXXXII. a die XVII. de Marzo. 4. *Maittairius* Annal. Typog. Tom. I. Part. I. pag. 434.

MCCCCLXXXIII.

II. Eiusdem Dialogi alia editio, in cuius fine legitur = Venetia per *Mattio* di *Codecà*, ad instantia di *Lucantonio Giunta* MCCCCLXXXIII. 4. = Vid. Catal. Bibliothecae *Pinelliae*. Venetiis typis *Caroli Palesi* Tomo IV. pag. 16. n°. 83., ex quo patet n°. 84. eumdem Dialogum, iisdemque typis Anno MCCCCXCIV. iterum atque iterum fuisse recusum.

MCCCCLXXXIX. XXXI. Decembris.

III. *Ovidii* Opera ex recensione *Boni Accursii* Pisani, impensa, & opera *Lucantonii* Florentini a *Mathaeo Capcasa* Parmense accuratissime impressa. Venetiis, MCCCCLXXXIX. Prid. Cal. Ian. fol. Vid. Prospetto di varie edizioni degli Autori Classici dell' *Arvood* corretto, e accresciuto da *Maffeo Pinelli*. Venezia per *Carlo Palese* MDCCLXXX. 8. a pag. 204. *Maittaire* l. c. Tom. I. pag. 508.

MCCCCXC. XV. Octobris.

IV. Biblia vulgare istoriata per il clarissimo Religioso Daon *Niccolò* de' *Mallermi* Veneziano, & del Monastero de Sancto *Michele* di Lemo Abbate dignissimo.

A laude, e gloria dell' Omnipotente Idio, & de la gloriosissima Vergine *Maria*, & di Sancto *Ioanne Baptista*. Qui finisse la Bibia vulgare historiata, stampata nel alma Città di Venetia per *Giovanne Ragazo* a istantia di *Luchantonio* di *Giunta* Florentio (sic) sotto gli Anni de la nostra Redentione MCCCCXC. a di XV. de Octubrio sotto el Pontificato Maximo *Innocentio* Octavo, regnante *Augustino Barbadigo* inclito Principe de Venetia; fol. Adest in fine lilium insigne *Iuntarum*, adscriptis ad utrumque latus literis, L. A. Extabat in Biblioth. Laurentiana, prout patet ex Catal. Codic. latinorum Tom. V. pag. 309. Nunc autem in Magliab.

MCCCCXCI. VII. Decembris.

V. Virorum illustrium Vitae ex *Plutarcho* graeco in latinum versae, solertique cura emendatae Venetiis impressae per *Ioannem Rigatium* de Mon-

teferrato Anno Salutis MCCCCXCI die vero VII. Decembris fol. Ad latus adponitur lilium adscriptis ut alibi literis L. A. In Biblioth. Dominicanor. Fesulana.

MCCCCXCII.

VI. Vite de Sancti Padri. Venetia per *Gioanne* di *Chodecà* da Parma ad instantia di *Luckantonio* di *Giunta Florentino* fol. *Maittaire* Tom. I. pag. 556.

MCCCCXCIII. XI. Februarii.

VII. Le Deche di *T. Livio*, aggiuntovi el libro chiamato de la guerra Punica; la quale fuo tra Romani, & Cartaginesi, composta da lo degnissimo Oratore, & historiographo Meser *Leonardo* Aretino prima di Latino; poi in lingua materna: perchè essendo la materna & el stile bellissimo a ogni huomo fuosse più grato. Stampate nella inclita Cittade di Venetia per *Zovane* Vercellese ad instancia del Nobile Ser *Luca Antonio Zonta* Fiorentino nell'Anno MCCCCLXXXXIII. a dì XI. del mese di Febraio. fol. in Catal. Biblioth. *Iackson*. Liburni apud *Santinium* MDCCLVI. 8. pag. 305. Extat apud March. *Caesarem Lucchesinium* Lucae.

MCCCCXCIV. Mense Iunii.

VIII. La Sacra Bibbia Venetiis per *Ioannem Rosso* Vercellensem precibus *Lucae Antonii Iuntae*, mense Iun. *Alexandro* VI. Pont. Max. regnante *Augustino Barbadigo* inclito Venetiarum Duce. fol. *Maittaire* Tom. I. pag. 570.

MCCCCXCVII.

IX. Miſſale caſtigatum per fratrem *Petrum Arrivabene*. Venetiis ex officina *Lucae Antonii Iuntae* MCCCCXCVII. 4. In Catal. N°. III. Libror. *Caroli Baduel*. Perusiae MDCCLXXXIX.

MCCCCXCVII. X. Aprilis.

X. Metamorfoſeos Vulgare, o ſia le trasformationi di *Ovidio* tradotte in Italiano da *Giovanni* de *Buonſignore* Stampata in Venetia da *Giovanne Roſſo* Vercelleſe ad inſtantia del Nobile huomo Miſſer *Lucantonio Zonta* Fiorentino nell'anno di Chriſti MCCCCXCVII. a dì x. del Meſe di Aprile fol. binis columnis cum fig. ligneis *Maittairius* Tom. I. pag. 656.

MDXI. XIII. Aprilis.

XI. Sanctiſſimi *Benedicti* Vita, eiuſdem regula, ordo, ſive modus profitendi ſub eadem Regula, Regula S. *Baſilii*, Regula S. *Auguſtini*, Regula S. *Franciſci*. Quaedam pulcra de laude ac bono Religionis. Collecta atque ordinata haec omnia per D. *Io. Franciſcum Brixianum* Monachum Congregationis S. Iuſtinae &c. Abſoluta vero Venetiis felicibus auſpiciis D. Martyris *Georgii*, nec non Monachorum Coenobii ipſius invictiſſimi Chriſti Militis nomini digne addicati, cura, & impenſis Nobilis Viri *Lucae Antonii* de *Giunta* Florentini, Arte, & ſolerti ingenio Magiſtri *Ioannis* de Spira; Anno ſalutis Dominicae MCCCCC. Idibus Aprilis. 4.

MDI. XXV. Iunii.

XII. Officium Beatae Mariae ſecundum uſum Romanum noviter impreſſum; in quo multa utilia & devotione digna, quae in aliis antea impreſſis non habentur, invenies, videlicet quatuor Evangelia, Paſſio ſecundum Ioannem, ſuffragia Sanctorum, Officium Trinitatis, Officium Sacroſancti Sacramenti, & Officium omnium Sanctorum.

In medio lilium adiectis litteris L. A.

Finit Officium Beatae Mariae. Impreſſum Venetiis impenſis *Lucae Antonii* de *Giunta* Florentini Anno Natal. Domini MCCCCCI. VI. Kal. Iulii 8. *fol.* 190. *in candidiſſima pergamena apud D. Euſebium de la Lena Lucenſem.* Singulae paginae figuris in ligno eleganter inciſis ex utraque parte exornantur.

MDI. VI. Septembris.

XIII. In Biblioth. S. Eremi Camald. Opera di *Faccio* degli *Vberti* Fiorentino, chiamato Ditta Mundi vulgare cum privilegio: Impreſſo in Venetia per *Criſtofano* di *Penſa* da Mandelo. A dì IIII. Setembrio MCCCCCI. 4. minori. Occurrit in libri fronte lilium rubrum, emblema *Lucae Antonii*, adſcriptis litteris, ut alibi L. A. apud Eminentiſſimum Card. de *Brienne*.

MDIII.

XIV. S. *Bernardi* Abbatis Opuſcula Venetiis apud *Iuntas* MDIII. 8. In Catal. Biblioth. *Ioſephi Pazzini*. Senis MDCCLXXVIII. 8. pag. 37.

MDVI.

XV. *Petri* de *Natalibus* Catalogus Sanctorum. Venetiis per *Bartholomaeum* de *Zanis* de Portesio impensis Domini *Luceantonii* de *Giunta* MDVI. in fol. Extat Lucae in Bibliotheca Divi *Frigdiani*.

MDVII.

XVI. Biblia Italica *Malermi* Venetiis typis *Barth.* de *Zannis*, rogatu *Lucae Antonii Iuntae*. fol. *Maittaire.* l. c. Tom. II. pag. 181.

MDX. XIV. Februarii.

XVII. Pontificalis Liber Reverendi in Christo Patris Domini *Iacobi* de *Luciis*, utriusque Iuris Doctoris, Episcopi Caiacens. & Domini *Ioannis Burkardi*, Capellae S. B. N. Papae Ceremoniarum Magistri, olim summa diligentia emendatus feliciter explicit. Venetiisque non minori cura, arte, atque sumptibus Nobilis Viri Domini *Lucae Antonii* de *Giunta* Florentini novissime impressus *Leonardo Lauretano* Illustrissimo Principe faustissime Ducante. Anno a Domini Nostri Nativitate quingentesimo decimo supra millesimum. XVI. Calendas Martias fol. Extat in Biblioth. Public. Marucell. & in Archivio Aedilium Florentinae Ecclesiae, ubi reperitur etiam Missale Romanum ab *Iuntis* sub Annis MDLXIII., & MDLXXXIV. impressum.

MDX. VII. Martii.

XVIII. Vita di San *Giovanni Gualberto* glorioso Confessore, & institutore dell'Ordine di Valembrosa. In Venetia per *Luca Antonio* di *Giunta* Fiorentino, diligentemente impressa nel Anno de la Natività di Iesù Christo MDX. a dì VII. di Mar-

20. 4. Pag. 35. in pergamena. In Fesulano meo. Sequitur in eodem Volumine: Compendio delli Abbati generali di Valembrosa, & di alcuni Monaci, & Conversi di epso Ordine. In Venetia per *Lucantonio* di *Giunta* Fiorentino diligentemente impressa ne l' Anno MDX. a dì X. Septembre pag. XX.

MDXI. XXVIII. Maii.

XIX. Biblia cum concordantiis veteris, & novi Testamenti, & sacrorum Canonum, plerisque, quamvis brevibus, summariis ad singula Capita appositis, adiectoque quadruplici ad faciliorem inventionem repertorio, nec non & additione in marginibus varietatis diversorum textuum, ac etiam Canonibus antiquis quatuor Evangeliorum insertis, diligentissimeque castigatis hebraicis dictionibus, quae prius corruptissimae erant, adscriptis etiam marginalibus additionibus annales, & gentis cuiusque, secundum ea tempora historias, indicantibus una cum totius Bibliae compendiolo per rhythmos descripto, summa cum diligentia revisa correcta, & emendata (1) 4. Maior. ap. Emin. Card. de *Brienne*.

Biblia cum concordantiis &c. per Venerabilem fratrem *Albertum Cappellanum* Venetum Ordinis Praedicatorum studiosissime revisa, correcta, emendata, & ad instar correctissimorum exemplarium,

(1) Hic apponitur in libri fronte lilium rubrum cum litteris L. A. superne vero exhibetur in tabula lignea delineatus S. *Hieronymus* ante Christum cruci adfixum scribens.

tam antiquorum, quam novorum incontrata, comparata, & collata, ac per nobilem Virum Dominum *Lucam Antonium* de *Giunta* Florentinum diligenter Venetiis impressa: *Leonardo Lauredano* Serenissimo Duce Principante. Feliciter explicit Anno Domini MDXI. V. Calendas Iunii. Laus Deo 4. apud Em. de *Brienne*, cum figuris ligneis ad singula ferme Capita.

MDXIV.

XX. Sextus Decretalium Liber a *Bonifacio* VIII. in Concilio Lugdunensi editus. Venetiis in aedibus *Lucae Ant.* de *Giunta* MDXIV. 4. in Catal. Libror. *Caroli Baduel* Perugia MDCCLXXXIX. 8. N°. 3. pag. 70.

MDXIV.

XXI. *Gregorii* Papae IX. Decretales. Venetiis in Aedibus *Lucae Antonii* de *Giunta* Florentini Anno MDXIV. 4. Ibid. pag. 68.

MDXIV.

XXII. Ad hunc annum referendae sunt hae patentes Litterae a summo Reip. florentinae Magistratu expeditae pro *Luca Antonio Giunta* die XXII. Septembris MDIV., quae ita se habent.

Priores libertatis &c. Vniversis, & singulis, ad quos &c. Fit saepe numero, & emergunt in negociis humanis quotidie multa, in quibus sine fide veritatis, & testimonio rerum, pericula, damnaque multa homines in alienis regionibus patiantur; ea propter Civibus universaeque genti nostrae ex officio nostro consulentes, & pro tutela negociorum, fortunarumque suarum, significamus omnibus, & praesertim nostrarum litterarum fide testamur, in civitate

nostra fuisse iam pridem, & adhuc esse Giuntas *librarios in suo ordine, & arte amandos, & ope, auxilioque nostro merito iuvandos; & inter eos* Lucam Antonium Giuntam *librarium, & ipsum in Civitate hac nostra genitum ex florentinis parentibus aliisque maioribus suis; nec tantum natalibus, & origine civem esse nostrum, sed domicilio etiam, mercaturaque libraria, quam hic, & alibi diu exercuit, nec non solutione vectigalium, tributorumque civitatis nostrae, non aliter quam ceteri florentini cives. Ducta praeterea uxore ex civibus nostris, & quod ultimum, & maximum est, publicis etiam honoribus in suo ordine potitis, quod alienis, & novis civibus non licet. Ex quibus omnibus facile cunctis est intelligere, civem esse nostrum* Lucam Antonium *praedictum, & pro cive nostro eum habere, nosque ei, ut ceteris aliis civibus nostris bona, & commoda omnia desiderantes, iterum, qua debemus, & possumus fide, supradicta omnia testamur, precantes insuper Serenissimos Reges, Duces, Principes, Judices, Magistratus, Gentesque omnibus locis omnes, ut in gratiam nostram favere, tuerique hominem in omni re sua velint, quod erit nobis semper gratissimum &c.*

MDXVI. XXII. Martii.

XXIII. Missale Romanum noviter impressum cum Annotationibus in margine ad facillime omnia, quae in ipso ad alias paginas remittuntur, invenienda &c. (1)

---

(1) Titulus hujus Missalis circumdatur a galero Cardinalitio rubro, qui totam paginam implet, ubi in calce lilium, *Iuntarum* insigne, adscriptis litteris L. A. rubro item colore expressum includitur.

Accipite optimi Sacerdotes Missale iuxta morem Romanae Ecclesiae expletum: solertique diligentia castigatum: ac quamplurimis figuris ad celebritatum convenientiam decoratum: impensisque Lucantonii *de* Giunta *Florentini:* Leonardo Lauretano *Serenissimo Venetiarum Principe imperante: anno a Nat. Domini* MCCCCCXVI. X. *calendas Aprilis in alma Venetiarum Urbe impressum: & devotis Deum Omnipotentem Maximum celebrationibus, studiosissime, (ut debetis) colite: ad cuius laudem tanto ministerio dignos vos efficere dignatus est. Laus Deo.*

MDXIX. XV. Octobris.

XXIV. Octobr. Biblia cum concordantiis veteris & novi Testamenti, nec non & iuris canonici, ac diversitatibus textuum, canonibusque Evangeliorum, ac quibusdam temporum incidentibus in margine positis, & accentu singularum dictionum, per venerabilem Patrem fratrem *Albertum Castellanum* Venetum, Ordinis Praedicatorum studiosissime revisa, correcta, emendata, & ad instar correctissimorum exemplarium, tam antiquorum, quam novorum incontrata, comparata, & collata, feliciter explicit. Venetiis mandato & expensis nobilis viri *Luce Antonii* de *Giunta* Florentini diligenter impressa, anno Domini MDXIX. die XV. mensis Octobris. Laus Deo. Sequitur registrum, nec non interpretationes hebraicorum nominum secundum ordinem alphabeti, quo expleto legitur = Tota Biblia compendiosissime per rhythmos descripta, hoc, quem cernis, libello habetur per magistrum *Franciscum Gotthi* Ordinis Minorum sacrae theologiae Professorem = 8. maiori pag. 587. ex una parte numeratis. Figuris ligneis ubique exornatur. In Bibliotheca *Maccionia* Prati veteris.

MDXIX.

XXV. Miſſale Romanum, ſecundum conſuetudinem Romanae Curiae. Venetiis, expenſis *Lucae Antonii* de *Giunta* Florentini MDXIX. 4. minor. in Catal. N°. 3. *Caroli Baduel.* Perugia MDCCLXXXIX. pag. 39.

MDXXX.

XXVI. Il nuovo Teſtamento di Greco nuovamente tradotto in lingua Toſcana per *Antonio Brucioli*. MDXXX. cum privilegio dell' Illuſtriſſimo Senato Veneto. 8. in Biblioth. *Marucell.* Adponitur in fronte libri lilium inſigne *Iuntarum* ut alibi, litteris adiectis, L. A.

MDXXX. XXV. Septembris.

XXVII. *Guillielmi Budaei* Commentaria de lingua latina. Venetiis in aedibus *Lucae Antonii Iuntae* Florentini Anno Domini M. D. XXX. Sexto kalen. Oct. fol. Adeſt inſigne *Iuntarum*, tam in prima, quam in ultima pagina. In Biblioth. Dominicanorum Feſulana.

MDXXXI. XX. Ianuarii.

XXVIII. *Leonici Thomaei* varia hiſtoria. Venetiis in officina *Lucae Antonii Iuntae* MDXXXI. die XX. Ian. 8. *Crevenna* in Catal. edition *Iunt.* vol. VI. pag. 146.

MDXXXI. Menſe Maii.

XXIX. La Biblia, quale contiene i Sacri Libri del vecchio Teſtamento, tradotti nuovamente da la hebraica Verità in lingua Toſcana per *Antonio Brucioli*, co' Divini Libri del nuovo Te-

ſtamento, tradotti di greco in lingua Toſcana dal medeſimo. Impreſſo in Vinegia ne le Caſe di *Lucantonio Giunti* Fiorentino nel meſe di Maggio MDXXXII. fol. Apocalypſis figuris ligneis eleganter inciſis ubique exornatur. Hunc editionem vidi apud Reverendiſs. P. *Raymundum Adamium* Ord. Servor. B. *Mariae* Flor. Exgeneralem.

MDXXXII.

XXX. *Titus Livius* Venetiis in officina *Lucae Antonii Iuntae* MDXXXII. fol. apud March. *Caeſar. Luccheſinium*. Lucae.

MDXXXIII.

XXXI. Biblia Sacra. Venetiis in officina *Lucae Antonii Iuntae*. MDXXXIII. in 12. nitido charactere. In Biblioth. mea Feſulana.

MDXXXIV.

XXXII. *M. T. Ciceronis* Opera omnia quae hactenus excuſa ſunt caſtigatiſſima, nunc primum in lucem edita, curante *Petro Victorio*. Venetiis in Officina *Lucae Antonii Iuntae* MDXXXIV., MDXXXVII. Tomi IV. fol. In Biblioth. Magliab., & Marucell.

MDXXXIV. XXIV. Decembris.

XXXIII. Scholia in *Euripidem* Graece. Venetiis in aedibus *Lucae Antonii Iuntae* MDXXXIV. die XXIV. Decembr. 8. *Crevenna* l. c.

MDXXXV. Menſe Februario.

XXXIV. *Ariſtotelis* Stagiritae Peripateticorum Principis Ethicorum ad *Nichomachum* libri decem. *Ioanne Argiropylo* Bizantio interpetre, nuper recogniti, & cum *Donati Acciaioli* Florentini Viri do-

ctissimi Commentariis castigatissimis nunc primum in lucem editi. Venetiis in officina *Lucae Antonii Iuntae* Florentini MDXXXV. mense Februario. fol. in Fesul. meo.

MDXXXVII.

XXXV. *Virgilii* Opera omnia cum comment. *Servii*, & alior. Venetiis in Officina *Lucae Antonii Iuntae* MDXXXVII. fol. cum figuris apud Eminentiss. Card. de *Brienne*.

In fine *Virgilii* Sepulcrum exhibetur, adscripto Anno MDXXXVI. Mense Ianuario, quum in libri titulo legatur MDXXXVII. Haec editio dividitur in plures partes separatim numeratas.

MDXXXVII. Mense Martio.

XXXVI. *Homeri* Ilias, Odyssea, Batrachomyomachia, Hymni XXXII. Eorumdem multiplex lectio. Venetiis in Officina *Lucae Antonii Iuntae* MDXXXVII. Mense Martio Tomi II. 8. In Fesul. meo.

Inter Annum MDXXXVII, & MDXXXVIII. e vivis excessisse *Lucam Antonium* crediderim, propterea quod in primo Volumine Operum *M. Tullii Ciceronis*, quod supra innuimus, legatur, illud fuisse impressum Venetiis per *Lucam Antonium*, in calce vero Sacrorum Bibliorum, quae Italicae dedit linguae *Sanctes Marmuchinus* florentinus, adnotatum comperio, eadem sub sequenti anno scilicet MDXXXVIII. fuisse per haeredes *Philippi Lucae Antonii* in lucem producta. Extat Venetiis in Ecclesia SS. *Ioannis & Paulli* Ord. Fratr. Dominicanorum Venetiis Sepulcrum Domini *Lucae Antonii Iuntae* Florentini Librarii positum ante Altare Pietatis cum insigne Familiae, tali titulo insignitum.

Lv-

Lucas Antonius Iunior Religiosis hanc Pietatis aram dicavit, cineres, et ossa Maiorum collegit, et in hunc locum transtulit, et monumentum hoc sibi, et Posteris ex paternis testamenti tabulis construxit. MDLXXI. Cal. Mart.

MDXXXVIII.

XXXVII. Biblia nuovamente tradocta dall'Ebraica Verità in lingua Fiorentina per *M. Santi Marmochino* Fiorentino, con le note d' incerto, che spiegano il testo. Aggiuntovi il terzo Libro de' *Maccabei*, non più tradotto in volgare con lettera dedicatoria a *Giorgio Armaignaco* Vescovo di Roudes, e di Vabres. Venetia per li eredi di *Luc' Antonio Giunta* MDXXXVIII. fol. Catal. Biblioth. *Pinelli* Tom. IV. pag. 3.

MDXL. Mense Ianuario.

XXXVIII. Missale Romanum castigatissime emendatum, & novissime impressum &c.
Venetiis apud heredes *Lucaeantonii Iuntae* Florentini Anno M. D. XL. Mense Ianuario. 4. In Fesul. Innumeris ubique Sanctorum imaginibus in ligno eleganter incisis exornatur.

MDXLI.

XXXIX. *Titus Livius*. Venetiis apud haeredes *Lucae Antonii Iuntae* MDXLI. fol. *Fabricius* Biblioth. Lat. Tom. I. pag. 197.

MDXLI.

XL. *Galeni* opera Latine. Ibid. 8. Vid. *Fabric.* Biblioth. Graec. Tom. III. pag. 558.

MDXLI.

XLI. *Orlando* innamorato di *Matteo Maria Boiardo* Conte di Scandiano rifatto di nuovo da Mess. *Francesco Berni*. In Venetia per li Eredi di *Luc' Antonio Giunta* MDXLI. 4.

MDXLII.

XLII. Bibbia nuovamente tradotta ec. Venetia per li Eredi di *Luc' Antonio Giunta* MDXLII. fol. In Biblioth. *Pinell.* Tom. IV. pag. cit.

MDXLII.

XLIII. Il nuovo Testamento tradotto da Fra *Zaccaria* da Firenze. Venetia per i *Giunti* MDXLII. 8. Ibid. Tom. V. pag. 5.

MDXLII. I. Iulii.

XLIV. Opere Toscane di *Luvigi Alamanni* al Cristianissimo Re *Francesco* primo. Venetiis apud haeredes *Lucae Antonii Iuntae*. Anno MDXLII. Vol. II. 8. In fine secundae partis subiicitur: stampato in Venegia per *Pietro Sceffer* Germano Maguntino ad instantia delli heredi di M. *Lucantonio Giunta* il primo di *Luglio l'anno* MDXLII. in Fesul. meo.

MDXLV.

XLV. *Orlando* innamorato & rifatto da *Francesco Berni*, aggiunte in questa edizione molte Stanze. In Venezia per li Eredi di *Luc' Antonio Giunta* MDXLV. 4. Haec editio, itemque altera A. MDXLI. recensentur in Catal. Biblioth. Smithianae. Venet. apud *I. B. Pasquali*. MDCCLV. 4. pag. 65.

Vid. additiones *Ap. Zeni* ad Biblioth. Italicam *Iusti Fontanini* Tom. I. pag. 258.

MDXLVI.

XLVI. Bibbia nuovamente riveduta. Venezia per li Eredi di *Luc' Antonio Giunta* MDXLVI. Catal. Biblioth. Smith. pag. 54.

Ex huius editionis cum illa *Antonii Brucioli* collatione patet, *Marmochinum*, non novam ex hebraeo, & graeco adornasse versionem, quidquid in Epistola sua in contrarium dicat, sed ipsam dumtaxat *Bruciolanam* multis quidem in locis castigasse, atque ad vulgatam Latinam editionem adcomodavisse. Vid. *Le Long.* & *Apostolum Zenum* in addition. ad Biblioth. Italici Eloquii *Iusti Fontanini* Tom. II. pag. 429.

MDXLVII.

XLVII. Le Deche di T. Livio Padovano tradotte da *Iacopo Nardi*. Venezia nella Stamperia degli Eredi di *Luc' Antonio Giunti* Fiorentini M. D. XLVII. Mese di Madio fol.

MDXLVIII.

XLVIII. *Ovidio* le Metamorfosi ridotte da *Giovanni Andrea* dell' *Anguillara* in ottava rima con annotazioni dell' *Orologgi*, e li argomenti, e postille di *Francesco Turchi*. Venezia per i *Giunti* MDXLVIII. 4. cum figuris *Iacobi Franchi*. Apud *Poggial.* Liburni.

Adferenda heic est perhonorifica *Conradi Gesneri* Epistola nuncupatoria *Thomae Iuntae*, & ceteris felicis recordationis Viri *Lucae Antonii* filiis missa, quam clarus *Maittairius* adfert Tom. III. Annal. Typographic. pag. 250. quae ita se habet.

MDXLVIII.

Praestantissimo apud Venetos typographo Thomae Iuntae, *& ceteris clarissimi felicis memoriae Viri* Lucae Antonii Iuntae *heredibus*, Conradus Gesnerus *S. P. D.*

Dubitavi ego aliquandiu mecum, clarissima Iuntarum *familia, an tibi quoque partem huius Operis aliquam dedicarem, an praeterirem silentio. Nam gloria officinae tuae multis, & magnis voluminibus splendide, magnificeque excusis comparata, in omni, puto, disciplinarum genere, ne te indictam, & nullo meritae laudis praeconio adfectam dimitterem, suadebat. Laudare vero, quos publicasses libros, nec ullos interim, ubi Rhodus, & saltus, quod aiunt, nominare (quum perpaucorum nomina tenerem) ut ineptum quodammodo, instituto per alias in superioribus libris dedicationes observato, parum conveniens videbatur. His, & aliis cogitationibus dum animus distrahitur mihi dubius, & ἀλλοπρόσαλλος, vicit tandem haec sententia: Officinae vestrae utcumque per totam Italiam, imo Europam, & ultra forte, illustriori, quam ut laudibus ac testimoniis egeat alienis, quo clarior ipsa, & magnificentior est, eo amplius ex gratitudinis quidem officio a studiosis Philosophiae (quae omnia bona studia complectitur) omnino deberi: Quis enim non praeferat simpliciter absque longo per singula beneficia catalogo gratum esse, quam prorsus (quod silentium arguere videtur) ingratum? Scio* Philippum Iuntam *Florentiae olim praeclaros in utraque lingua non paucos libros praelis suis in exemplaria innumera transfudisse: deinde optimum patrem vestrum* Lucam Antonium, *Iurisprudentiae, reique medicae probatissimos Auctores Venetiis excudisse, & hoc etiam tempore* Galeni, *Medicorum fa-*

cile principis, Opera omnia latinitate donata, denuo ſub accuratiſſimis veſtris praelis elaborari, & forte vel omnino iam dum haec ſcribo, vel bona ex parte abſoluta eſſe: ut ego quoque vel profeſſionis meae nomine privatim, in eiuſmodi praeſertim occaſione, non ingratus erga vos eſſe debuerim.

Benigne igitur accipite iſtos deſcriptos in utroque iure indices, ab aliis quidem antehac Iureconſultis editos, nunc vero non contemnenda adceſſione auctos, adiecta etiam tabula alphabetica, iam primum concinnata; quae ſi non ipſis iuris candidatis (qui multa, & copioſa, ut vocant, Repertoria habent) aliis tamen nonnullis, ut ſpero, ſtudioſis, non inutilis aliquando erit. Porro quamvis ceteros omnes huius voluminis libros meo marte utcumque digeſſerim, in quibus etſi maxime libuiſſet, aliorum ſcripta eiuſdem inſtituti, quorum vel uſurpatio, vel imitatio me iuviſſet, non habebam: in ſola iuris ſcientia & reperi aptum propoſito meo librum, & doctorum in ea profeſſione, mihi inuſitata, & obſcura, hominum diviſiones libenter uſurpavi. Quaecumque autem illis de meo adieci, ſeorſim eſſe volui, corollarii inſcriptione, & aſteriſci nota adiectis, ut ſi quos in aliena fortaſſis arte, quod ſutoribus ultra crepidam contingere ſolet, errores admiſiſſem, mea in me unum culpa reiici poſſet. Valete. Tiguri, tertio Calendas Auguſti. Anno ſalutis. MDXLVIII.

M D L.

XLIX. *Galeni* Opera latine ex variis Interpretibus ſeptem voluminibus cum *Antoni Muſae Braſavoli* indice. Venetiis; apud haeredes *Lucae Antonii Iuntae* MDL. fol. Decies teſte *Fabricio* Biblioth. Graec. Tom. III. pag. 558. ab iiſdem *Iuntis Galeni* opera recuſa fuerunt, videlicet MDXLI.

MDL. MDLVI. MDLXIII. MDLXX. MDLXXVI. MDLXXXVI. MDC. MDCIX. MDCXXV.

M D L.

L. Primo, secondo, e terzo Volume de' Viaggi raccolti da *Giovan Batista Ramusio* fol. Pluries recusi ab iisdem *Iuntis* fuere, at in Praefatione praemissa secundo volumini editionis Anni MDLIX. die nona Martii, quam habeo, *Thomas Iunta* mortem deflet clarissimi *Rhamnusii*, quae incidit in annum MDLVII. die X. Iulii aetatis suae A. LXXII., subiungitque, quatuor elapsis mensibus ab eius obitu, incendio consumptam fuisse suam typographiam, unde publicationem huius voluminis differre nimium quam par erat, coactus fuerat (1), ut ipsemet ingenue Lectori fatetur his verbis = *& forse molte fiate averete ripreso, e vi sarete anco doluti della mia tardanza, la quale tengo per fermo, che voi stesso scuserete, quando averete saputo, che due gravissimi accidenti sopravvenutimi già due anni sono, m' anno impedito, che prima non ò potuto satisfare al desiderio vostro, l' uno de' quali è stata la morte di M.* Gio. Batista Ramusio, *che morì in Padova il mese di Luglio* MDLVII., *e l' altro l' incendio della mia Stamperia, il quale quattro mesi dopo avvenne il* 4. *giorno di Novembre nel medesimo anno; e se questo m' è stato acerbo, quella mi è stata amarissima; & quanto dispiacere, e dolore ella mi abbia apportato, ciascuno, a cui veramente sia noto il*

---

(1) Vid. Biblioth. *Iusti Fontanini* cum Additionibus *Ap. Zeni* Venetiis per *Io. Bapt. Pasquali* MDCCLIII. 4. Tom. II. pag. 275.

grande amore, che tra noi due è stato continuamente per sì lungo spazio d'anni, potrà facilmente immaginarlo = alla grave, e molta perdita, che nella stamperia abbiamo ricevuto dal fuoco, è stato congiunto anche il danno delli studiosi della Geografia; essendosi arsi alcuni esemplari, che del Ramusio *pochi mesi avanti, che egli passasse di questa vita, aveva apparecchiati, e datici per stampare insieme con alcune tavole de' disegni dei paesi, de' quali nel libro vien fatta menzione.*

Hoc tamen infortunio haud destitit Iuntina typographia ingentem nobilissimorum Scriptorum numerum in omni facultate praestantium, Graece, Latine, & Italice in lucem emittere ad Annum usque MDCXLII., & ultra. *Thomas* enim *Iuntarum* superstes, quum duas tantum feminas ex *Lucilla Marina* suscepisset, prima, nomine *Lucretia*, cum *Francisco Cornario*; altera, *Blanca* nuncupata, *Rainerio Fuscareno* nupsit, satis amplam hereditatem centum quaeque millia Aureorum in illas nobilissimas Venetas familias inferentes. *Modestum Iuntam*, *Philippi* iunioris filium florentinum curam postmodum suscepisse Venetae *Iuntarum* typographicae officinae eruitur ex epistola eiusdem nuncupatoria al *Sig.* Francesco Bonsi *Conte di Vagliano, Barone di Castelnuovo, Gentiluomo Ordinario di Camera della Maestà Cristianissima, e suo Residente presso l'Altezza Serenissima di Mantova*, praemissa libello, cui titulus, *Discorsi di* Massimo Tirio *Filosofo Platonico tradotti dal Sig. Pietro de Bardi Conte di Vernio. In Venezia* MDCXLII. *appresso* i Giunti 4. Data est epistola die 1. Septemb. eodem Anno, in eaque plurimis affectam fuisse beneficiis *Iuntarum* familiam a *Bonsiorum* gente longa annorum serie, palam fatetur.

De Florentina Philippi Iuntae, & Filiorum eius Typographia.

C A P. III.

Philippus Iunta, vel *Iuncta*, aut de *Giunta*, typographicam habuit officinam Florentiae contra Scalas, per quas in Ecclesiam S. *Mariae* Monachorum Cassinensium Abbatiae Florentinae aditus patet anno MCCCCXCVII., quo tempore prima artis suae tentamina in Graecorum *Zenobii* Proverbiorum epitome excudenda in lucem emisit. Erat autem eadem libraria taberna, quam modo *Philippus Nerius Bonaiutus* incolit, in qua appensum superne visitur adhuc lilium, insigne Iuntarum, ligno inaurato antiquitus efformatum. Is in lucem venit A. MCCCCL. patre *Philippo*, matre autem *Pippa* (1), non longo post tempore, quam excogitata fuerat ars typographica. Commodum sane evenit, quod tam peritus artifex illi arti, cuius aliquando studiosissimus cultor erat futurus, fere coaevus nasceretur. Vir ille typographicorum, qui apud nos inclaruerunt coryphaeus, in commune litterarum bonum divinitus datus, non unam, aut alteram litteraturae graecae, latinae, & italicae partem, sed universam pene disciplinarum encyclopediam, pluribus in illa arte egregiis Scriptoribus expolitis ornavit, vir inquam nostro dignus praeconio, nisi de primis eius studiis noti-

(1) In Necrologio Abbatiae Florentinae notatum invenio ibidem tumulatam fuisse ,, *Pippa madre di* Filippo *di* Giunta *chartolaio il dì* 19. *Novembre* 1501.

tia omnino deesset. *Christophoro* tamen *Landino*, qui ea aetate magna cum laude Florentiae graecas, & latinas litteras publice profitebatur, magistro usum fuisse crediderim. Quibus postea familiariter innotuerit, discimus ex Epistolis (1), quas plerisque libris a se editis praefixit, quasque in texendis hisce Annalibus suo ordine proferemus. Nemo certe inter nos mihi videtur ad typographiam exercendam accessisse eo melius instructus; quum praeter uberem politiorum litterarum frugem, quam ex privatis studiis collegerat, virorum etiam, in quorum amicitiam se insinuaverat, tum scientia, tum dignitate praestantium, animos in se, remque suam typographicam feliciter administrandam converterat, eo potissimum tempore, quo adeo vigebat apud nos graecae litteraturae studium, ut non modo adolescentuli, quorum iam maximus numerus, verum & aetate provecti graece condiscerent, & properea libri Graeci vehementissime ab omnibus inquirebantur. Hinc communi desiderio facere satis voluit, ac sibi comparatis iisdem fortasse graecis characteribus, quibus Florentiae *Homeri* Opera A. MCCCCLXXXVIII. impressa fuerant (2), prima suae artis

---

(1) Unum heic prae reliquis adferam exemplum desumptum ex Epistola nuncupatoria eiusdem *Philippi Iuntae* celeberrimo *Petro Victorio*, praemissa Rei rusticae scriptoribus Anni MDXV. 4 in qua se, maioresque suos Domui *Victoriae*, iam tum ab ipso exordio, arctissimo foedere, fuisse coniunctos ingenue fatetur.

(2) Id ex diligenti comparatione characterum *Homeri*, & *Zenobii* proverbiorum comperimus.

ſpecimina, ut ſupra innuimus, graece edidit, & quid inde in hac ardua provincia egerit, dum ſingula eius Opera typographica proſequemur, luce clarius pateſcet. Hinc Anno MDXVI. *Leo* Pontifex Maximus *Philippum* noſtrum eiuſque filios, hoc perhonorifico decoravit Diplomate:

LEO PONTIFEX X.

Dilecti filii ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Aequum eſſe cenſemus, ut Sedes Apoſtolica, cui nos auctore Domino praeſidemus, iis qui pro utilitate publica in re praeſertim litteraria laborare non deſinunt non modo auxilii ſui dexteram praebeat, ſed eos ſub ſuae protectionis clypeo benigne ſuſcipiens ad continuandos, augendoſque labores huiuſmodi animare non ceſſet. Quum itaque, ſicut nobis exponi feciſtis, vos Platonem *latinum, & alios quamplurimos libros, tam latinos, quam graecos longe meliores illis, qui paſſim circumferuntur habeatis, eoſque imprimere, ac propterea rem litterariam augere, ſtudioſiſque ad ſummum diſciplinarum apicem tendentibus, opem ferre cupiatis, dubitetiſque, ne alii eoſdem libros, quum primum a vobis impreſſi, & emiſſi fuerint, iterum imprimentes, maximum vobis damnum inferant; Nos qui ab ineunte aetate litterarum ſtudia ſemper dileximus, ac eorum amatoribus opem ferre optamus, vos in hoc laudabili veſtro propoſito iuvare volentes, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati omnibus, & ſingulis bibliopolis, librariis, impreſſoribus, & mercatoribus ubilibet exiſtentibus ſub excommunicationibus latae ſententiae, ac amiſſionis librorum, noſtris vero, ac S. R. E. temporali dominio mediate vel immediate ſubiectis, ultra praemiſſa, etiam ſub quingentorum*

ducatorum Camerae Apostolicae applicandorum, totiens, quotiens contra fecerit eo ipso incurrendis poenis, ne eosdem libros per vos in quibusvis litterarum characteribus imprimendos intra decennium ab emissione singulorum librorum imprimendorum huiusmodi, computandum, absque expressa licentia vestra reimprimere, aut ab aliis impressos vendere audeant, vel praesumant, auctoritate Apostolica, tenore praesentium districte praecipiendo mandamus, & inhibemus. Quo circa venerabili fratri Episcopo Asculanensi, & dilectis filiis venerabilium fratrum Archiepiscopi Florentini, & Episcopi Pistoriensis Vicariis in spiritualibus generalibus, per praesentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel per alium, seu alios in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, praemissa omnia, & singula faciant observari, contradictores quoslibet, & inobedientes condemnent, censuras, & poenas huiusmodi incurrisse declarent, illasque aggravent, & auxilium brachii saecularis, si opus fuerit, invocent, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, similibusque, & aliis litteris, tam per quoscumque Dominos, Principes, & Respublicas, quam per nos, & Sedem praedictam, quibusvis personis hactenus concessis, & in postmodum concedendis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod libros per vos imprimendos huiusmodi pro iusto, & rationabili pretio vendere teneamini, & insuper quia difficile foret, has nostras litteras ad loca distantia, & remota perferre, etiam volumus, & Apostolica auctoritate concedimus, quod earum transumptis notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius Praelati, aut personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis plena fides adhibeatur, perinde ac si eaedem praesentes nostrae litterae ori-

ginaliter exhibitae forent, vel ostensae. Datum Florentiae sub annulo Piscatoris. Die XV. *Februarii* MDXVI. *Pontificatus nostri anno tertio.* = A: Colotius = A tergo = *Dilectis Filiis* Philippo *de* Giuntis, *& eius filiis Bibliopolis Florentinis.*

Plura certe ex Praefationibus ad eius vitam pertinentia eruere possumus. In ea, quae *Verrinas Ciceronis* Orationes praecedit A. MDXV., ait, se in bonis quibusque tam graecis quam latinis scriptoribus recognoscendis, novisque typis ad communem utilitatem cudendis sedulam operam intra decennium impendisse (1), in altera autem ante Hermogenis Rhetoricam, eiusdem anni ad *Laurentium Benivenium*, se antea, duce *Euphrosyno Boninio*, Grammaticalia quaedam in lucem dedisse commemorat. Ante *Plutarchi* vitas Parallelas A. MDXVII. in Epistola ad *Marcellum Virgilium* nuncupatoria, se praecipuam curam posuisse adfirmat, ut *Plutarchus* pluribus sanatus vulneribus ad id rite peragendum, adhibito optime notae codice, ad novam quodammodo vitam revocaretur. Sed proh dolor! dum haec, & alia plura moliretur, incredibili litterarum damno *Philippus* e vivis ereptus est, die XVI. Septembris MDXVII. (2), quo extin-

---

(1) Horatius Lombardelli *arte del puntar li scritti. Siena* per Luca Bonetti MDLXXXV. 8. *Philippum Iuntam* inter castigatiores typographos recenset. Vid. *Ap. Zenum* correzioni, e giunte alla Bibliot. Ital. del *Fontanini* Tom. I. pag. 45.

(2) Quum Anno MDXVII. die XXVII. Augusti Vitas *Plutarchi* Parallelas graece *Marcello Virgilio* dicatas in lucem dederit *Philippus*, & *in Terentio* sub finem eiusdem Anni evulgato legatur per *heredes Philippi Iuntae*, patet, ipsum post editum *Plutarchum* e vivis decessisse.

cto eius heredes in libris, qui postmodum prodiere se subscripserunt. Quandoque solus *Bernardus Philippi* filius natu maximus occurrit, qui ducibus praesertim *Euphrosyno Boninio*, *Io. Francisco Francinio Varchiense*, & *Petro Victorio*, viro Patricio, ac Senatore Florentino plura veterum Scriptorum graeca volumina in lucem emisit, quae a me recensentur in commentario de vita, & scriptis eiusdem *Victorii* praemisso Clarorum Italorum, & Germanorum Epistolis ad ipsum scriptis, quae mea cura prodierunt Florentiae Anno MDCCLVIII. MDCCLX. 4. Unde in praefatione *Constantini Lascaris Byzantini* de octo Orationis partibus commentario praemissa A. MDXV. 4. *Bernardus Iunta Victorium* suum hisce adloquitur verbis = Dum sopitos, ne dixerim, sepultos graiae Thespiados olim cultores, a longo, si fata darent, suscitare somno tentamus, dum profugas plus aequo Camoenas Italis oris reddere, & primo has iterum amissas dulci patria donare molimur, non ignari sumus, optime adolescens, onus nostris impar humeris, ac enervatis viribus suscepisse. Attamen *Euphrosyni Boninii*, aliorumque amicorum nostrorum ope, ingenio, ac doctrina, non iniuria freti, optatam metam, Diis tamen auspicibus, teque duce, contingere minime dubitamus &c. = Hinc commemorat, se *Aristophanis* Comoedias, *Hermogenis* Rhetorica, *Oppiani* Ἁλιευτικὰ, & alia pleraque non adspernanda studiosis legenda dedisse. In alia vero Epistola, quae *Aphthonii* Sophistae Progymnasmata, & *Hermogenis* Rhetoricam praecedit ad *Laurentium Benivenium*, nos certiores reddit eodem anno, *quod sibi* (eius sunt verba) *venit in mentem novis litterarum typis, nova Graecorum, atque Latinorum volumina idcirco cudere, ut & illis*

(ſcilicet ſtudioſis) *utilis eſſet, & ſibi quoque viam pararet, qua ſe quoque poſſet tollere humo.*

Quum vero antiquae *Iuntarum* editiones ad fidem Codicum manu exaratorum expreſſae, & ipſae per ſe propter textus emendationem ad novas parandas editiones, valde utiles ſint, & propter epiſtolas nuncupatorias, quibus inſtructae ſunt ad hiſtoriam litterariam illorum temporum illuſtrandam multo utiliores; idcirco operae pretium me facturum putavi, eas, demptis ſuperfluis, in medium proferre. Ex illis enim uberrima meſſis colligitur, ad ſteriles quandoque hiſtorias amplificandas, ad ſignanda certa temporum ſpatia, implexas genealogicas ſeries firmius texendas, vitaſque illuſtrium Scriptorum ample condendas, quorum vel nullum, vel nudum perſæpe nomen ad haec ſaecula tranſmeavit. Iſta omnia, quanti in re litteraria proventus ſint, nemo ſatis explicare poteſt, his tamen privamur, niſi ad vetuſta perquirenda exemplaria, quae difficillime inveniuntur, animum convertamus. Accidit autem ſequiori tempore, ſive incuria, ſive amore nimium praefervido gloriae capiendae, ut exordia illa, & erudita ornamenta omnia antiquarum editionum novis praeliminaribus, noviſque epiſtolis ſubſtitutis, abſciſſa fuerint, adeo ut ſummo nunc in pretio iure merito habeatur libraria haec vetuſta ſupellex.

Philippus certe, & prae aliis *Bernardus Iunta* Praefationes plures elegantiſſimas conſcripſerunt, graecis, latinis, italiciſque Scriptoribus praemiſſas, quas integra fide deſcripſimus. Quid autem in re litteraria amplificanda praeſtiterint, audiamus ex Praefatione ad legentes in *Priſciano* ab ipſis recuſo anno MDLIIII. Iulio III. Pont. Max.

in qua haec notanda sunt: *Illud semper, studiose Lector, maioribus nostris, nobisque fuit propositum, ut nullum tempus, laboremque praetermitteremus, quo litterarum amatoribus aliquod posset adiumentum adferri. Nec adhuc ab huiusmodi instituto deterruerunt ingentes, incredibilesque impensae, quas in pluribus auctoribus excudendis fecimus; sed in dies magis ea Litteratorum Reipubblicae iuvandae cupiditas pectoribus nostris inhaesit, ut nemo quidem iure debeat in admirationem traduci, si his temporum difficultatibus sumtus non minuere, sed novos quotidie admittere summa animi alacritate non dubitamus.* Ubi vero de sua in *Prisciano* expoliendo cura loquitur haec subiungit: *Verum quum hoc opus adgressi fuimus, parum abfuit, quin ab incepto desisteremus, tot erat nubibus obscuratus auctor iste, tot mendarum tenebris involutus, tot erratis inquinatus, ut ex eius lectione nullus fere sensus eliceretur. Veteribus tamen exemplaribus manuscriptis, & excusis inter se conlatis hunc grammaticorum principem ab eo, quo potuimus, squallore, immunditiaque vindicavimus, adeoque vindicavimus, ut alterum fere* Priscianum, (*tot erat maculis, iisque insignibus adspersus*) *revixisse, quivis praeter temeritatis crimen ingenue fateri possit. Hos igitur labores nostros, qualescumque sint, accipe; quos si tibi gratos esse cognoverimus, in dies magis ad nova opera excudenda inflammabimur. Vale*.

Anno MDLI. ex hac vita *Bernardus* migrasse videtur. Invenimus enim anno MDL. luci datam publicae Florentiae apud *Bernardum Iuntam* la Sporta, Commedia di *Gio. Batista Gelli*. 8., & anno subsequenti MDLI. La Gelosia Commedia del *Lasca*. 8. & la Trinuzia Commedia di *Agnolo Firenzuola* Florentiae apud heredes *Bernardi Iuntae*. 8. Avi-

tae *Iuntarum* typographiae regimen *Philippo Iuntae Bernardi* filio natu maiori devolutum eſt, qui politioribus quum eſſet excultus litteris, accuratiſſime deſcripſit feſta, quae Florentiae a *Coſmo* Duce celebrata fuerunt in adventu *Caroli* Archiducis Auſtriae, eamque deſcriptionem epiſtola ſatis longa *Gabrieli Strozzae* dicavit, Florentiae editam A. MDLXIX. 8. *Ludovicus Domenichi* eidem *Philippo Iuntae* carmen inſcripſit, cui titulus *La Luppa*, una cum aliis, Florentiae impreſſum A. MDLV. Anno vero MDLVI. idem *Philippus Benedicto Buſinio* miſit Comoediam quamdam ſine nomine auctoris inſcriptam *Polifila* in 8. Quum Anno MDLXXXXII. ſpiritualia monita *Dieghi Perezii* in vulgus proderet e ſuo typographio, eadem, erudita quadam Epiſtola, nuncupavit = *Alla molto magnifica, & honoranda Madonna* Liſabetta Modeſti Godemini *Zia, e come Madre ſempre oſſervandiſſima* = . In ea multis ipſam, nec non *Vincentium Godemini* ipſius virum laudibus effert. *Philippi*, & *Iacobi* fratrum Iuntarum Epiſtolae editionem trium poſteriorum librorum Hiſtoriarum *Philippi Villani* praecurrunt, in quibus quantam adhibuerint curam in iis caſtigandis ad fidem Codicum Mſs. ſatis ſuperque declarant. Alia ſimiliter occurrit Epiſtola in fronte Operis ita inſcripti = Formularium quotidianorum Contractuum, ſecundum ſtilum potiſſime Florentinum. Florentiae apud *Coſmum Iuntam* MDC. Vidi olim in Bibliotheca publica *Magliabechiana* Catalogum librorum, qui e *Iuntarum* officina prodierunt cum hoc titulo = Catalogus librorum qui in *Iuntarum* Bibliotheca *Philippi* heredum Florentiae proſtant. Florentiae MDCIV. 8. conſtat paginis 532.

Di-

Divisio autem facultatum haec est:

Inscribitur liber = Perillustri ac Reverendissimo D. D. *Alexandro Burghio* Antistiti Burgensi Patrono optimo *Iuntae* fratres *Philippi* FF. S. DD.

Quum Bibliothecam nostram superioribus diebus collustraremus ob censa tot librorum millia rubore plane suffusi sumus, Philippum *genitorem nostrum in omni disciplinarum genere libros summa ope, usque prope ad sumptuum defectionem undique congessisse in monopolio, sed eos magis fovendi gratia, quam, ut par erat, cauponandi; & certe mirum, si adhuc tam refertam bibliothecam habeamus; ut enim Medici stomachis ganea disruptis inedia medentur, ita nos per triennium quotannis, uno, aut certe altero tantum libro ex nuperrimis eam cumulavimus; ceterum tot libros venumdedimus, totque supersunt, ut profecto inexhausta videatur. Quare quum tantam librorum congeriem concoquere Etruriae orbis non facile possit, per Europam universam eam digerere decrevimus,*

ſperantes hoc noſtrum conſilium, & ſaturitati noſtrae lenimento, & noſtratibus utilitati, & omnibus commodo futurum. Reſtat nunc, ampliſſime Antiſtes, ut Indicem hunc noſtrum, tuo nomine inſignitum in lucem exire patiaris &c. Ex hoc habes ſpecimine quantum tunc temporis deflexerint *Iuntae* a ſtudio bonarum litterarum. Nihil autem in eo Catalogo aliud habes, praeter nuda Auctorum nomina, abſque ullo anni, ac typographi indicio, quare nullum nobis lumen ad rem noſtram adferre potuit. Ab ipſis autem fortaſſe impreſſi fuerunt plures libri, qui inibi memorantur, videlicet.

Ariſtophanes Graecus. 8.
— *Cum Commento Graeco* 4.
Ariſtot. De Animalibus gr. 4.
— *Ethica gr.* 4.
— *Poetica gr.* 4.
— *Politica gr.* 4.
— *Rhetorica gr.* 4.
Aſconius Paedianus. 8.
Bucolica Virgilii. 8.
Claudianus. 8.
Demetrius Phaleraeus. 8.
Dialogi Platonis. 8.
Dioſcorides Marcelli. fol.
Enchiridion Ephaeſtionis. gr. 8.
Epigrammata Graeca. 8.
Erotemata Chriſolorae. 8.
Euripidis Tragoediae gr. 4.
Grammatica Aldi. 4.
Apollonii. 8.
Conſtantini. 4.
Guarini. 8.
Theodori gr. 8.
Herodianus. 8.

Hesichius gr. fol.
Hesiodus gr.
Iulius Frontinus de Aquaeductibus 8.
Iulius Pollucius cum Stephano de Urbibus. fol.
Iustinus. 8.
Iuvenalis. 8.
Longi Pastorales gr. 4.
Lucius Florus. 8.
Macrobius. 8.
Maphaeus Vegius. 8.
Oppianus de piscibus gr. 8.
Opuscula Luciani. 8.
Orationes Aristidis gr. fol.
Philostratus gr. fol.
Polybius. 8.
Salustius. 8.
Theocritus gr. 8.
Val. Flaccus. 8.
— Maximus. 8.
Vitruvius latine.
Xenophon. gr. fol.
Appiano Aless. delle Guerre esterne ec.

De Lugdunensi Iuntarum Typographia.

C A P. IV.

Quo tempore ex Florentina *Iuntarum* familia ille discesserit, qui artem librariam, & typographicam Lugdunum importavit, omnino me latet. Nullum inveni librum, qui nomen *Iacobi* quondam *Francisci* praeseferat ante Annum MDXX., ut ex subiecta notula, videre per se quisque potest. In genealogica siquidem huius familiae serie habemus *Iacobum* quemdam fratrem *Iun-*

tae, a quo genitus fuit *Philippus*, & *Lucas Antonius*, qui Lugdunenſes typographos potuit propagare (1).

Extare in Eccleſia Dominicanorum Lugduni *Iacobi Iuntae* ſepulcrum ex monumentis quibuſdam Mſs. apud Equitem *Franciſcum Mar. Donninium* Patricium Florentinum comperimus (2).

MDXX. I. Aprilis.

Scriptum *Ioannis Duns* ſupra quartum Sententiarum. Lugduni excuſum in aedibus *Iacobi Myt*, ſumptu honeſti viri *Iacobi q. Franciſci de Giunta*, & ſocii Florentini; Anno ſalutiferi partus quingenteſimo vigeſimo ſupra milleſimum kal. Aprilis. 8. *Maittaire* Ind. in Annal. Typog. Part. V. Tom. I. pag. 356.

MDLXI.

Ariſtotelis Opera VIII. Voluminibus in 12. comprehenſa, in quorum poſtremo, quod indicem uberrimum complectitur tam in prima quam in ultima pagina legitur = Lugduni apud heredes *Iacobi Iuntae* MDLXI. = In fine Tomi II., & IV. = Lugduni ex Typographia *Theobaldi Pagani* = In calce autem Tom. VI. Parte II. habes = Excu-

---

(1) Nil aliud de *Juntis* Lugdunenſibus habet *Crevenna*, quam pauca haec verba l. c. *Noſtre liſte nous fournit encore la notice qu'en* 1562. *il y avoit à Lyon les héritiers de* Iacques Giunta, *& qu'en* 1592. *il exiſtoit encore dans la ditte Ville une imprimerie des* Giunti *&c.*

(2) Familia *Donninia* inter Florentinas patricias relata fuit decreto lato ſub die VIII. Auguſti An. MDCCLXXXIX.

debat *Basilius Boquetus* =. At in fronte Tom. V. Lugduni apud *Ioannam Iacobi Iuntae F.* MDLXXIX. unde videtur bis fortasse haec *Aristotelis* Opera in lucem *Iuntinis* typis prodiisse, Annis videlicet MDLXI., & MDLXXIX.

In fronte uniuscuiusque Voluminis adest lilium simplex, insigne *Iuntarum*. Hanc editionem servo in Biblioth. mea Fesulana.

MDLXV.

Gyraldi Lilii Gregor.. De Diis gentium. Lugduni apud heredes *Iacobi Iuntae* MDLXV. fol.

MDLXVIII.

Laurentii Iustiniani Opera. Lugduni typis *Iacobi Iuntae* MDLXVIII. fol. in Catal. Biblioth. *Baduel.* Perusiae.

MDLXVIII.

S. *Bernardi* Abbatis expositio in Cantica Canticorum. Lugduni ex officina *Iuntarum* MDLXVIII. in Catal. *Pazzin.* pag. 37.

MDLXIX.

Paulli de Palacio Granatensis, S. Th. D. & in inclyta Lusitanorum Conimbricensi Academia S. Scripturae Professoris, Enarrationes in sacrosanctum Iesu Christi Evangelium secundum Matthaeum. Lugduni apud heredes *Iacobi Iuntae* MDLXIX. 8. In fine autem legitur: Lugduni excudebat *Petrus Rufinus*. In Fesulano meo.

MDLXX.

Francisci Iunctini Florentini S. T. Doctoris Tractatus iudicandi revolutiones nativitatum. Lugduni apud heredes *Iacobi Iuntae* MDLXX. 8. Ibid.

MDXCII.

Victoris Trincavelli Opera Medica Lugd. apud *Iuntas* MDXCII. Tom. II. fol. In *Marucell.*

Memorabilia Clarorum Virorum, qui Iuntinis typis praefuerunt, alphabeti ordine disposita.

CAP. V.

Adrianus Marc. Virgilius.

Anno MCCCCLXIV. ortus est Florentiae *Marcellus*, *Virgilii Adriani*, & *Pierae Strozziae* Filius, *Christophori Landini*, & *Angeli Politiani* alumnus. Vir fuit eloquentissimus in omni genere, admirabili suavitate refertus (1), triplici lingua plenissime ornatus, in inventione dives, in dispositione mirus, & in difficillimis rebus facilis, un-

---

(1) *Pocciant.* in Catal. Scriptor. Flor. 119. *Antonius Francinus* emuntissimae naris vir in Epistola nuncupatoria *Alexandri Aphrodisiaei* in Priora Analyt. *Aristot.* Florentiae apud *Iuntas* MDXXI. ait: Marcellus Virgilius *Secretarius Florentinus*, *Orbis lumen*, *Italiae decus*, *Urbis Florentinae ornamentum*, *cui tantum credebamus*, *quantum antiquitas credere solebat illi*, *qui Apollinis oraculo sapientissimus est iudicatus*, & infra: *est namque in animo* Aristotelis *omnia opera a* Marcello Virgilio *olim castigata in lucem edere.*

de ei iure merito Graecam, & Romanam eloquentiam publice profitendi in patria munus est demandatum ante annum MCCCCXCVIII. (1) Talem, tantumque virum Respublica Florentina post *Leonardum Arretinum*, *Poggium*, & *Bartholomaeum Scalam* ad amplissimum Secretarii munus evexit (2). Exposcentibus Medicae facultatis Professoribus, haud veritus est post *Hermolaum Barbarum*, & *Ioannem Ruellium* de integro *Dioscoridem* in latinam linguam traducere, ipsumque doctissimis scholiis illustrare: in quo difficili sane herbario nego-

(1) Plura de eo vide apud cl. *Mazzuchellium* Scrittori d Italia Tom. I. Part. I. pag. 156. in mea collect. Veter. aliquot Monum. Arretii MDCCLII. 8. pag. XVIII. seq. in Praefat., & apud *Steph. Fabruccium* de Pisano Lyceo opusc. XII.

(2) *Antonius Francinus* supra memoratus in Epistola ad *Thomam Linacrum* Angliae Regis protomedicum, praemissa *Iulii Pollucis* Onomastico, Florentiae apud *Iuntas* MDXXI. hoc de eo iudicium profert: *nonne* Marcellus Virgilius *Reipub. Florentinae a Secretis, vir utriusque linguae eruditione apprime nobilis, solertia singulari, iudicio acri, ingenio ad promerendam hominum gratiam miro,* Dioscoridem *interpretatus nuper dedit?* Idem *Francinus Ignatio Squarcialupo* Abbati Cassinensi *Aristotelis* Praedicamenta, & alia opuscula Graece edita Florentiae apud *Iuntas* MDXXI. inscribens, *usi sumus* (inquit) *acri iudicio* Marcelli Virgilii *Secretarii Florentini, hominis ingenio admirabili, & summa doctrina, quem nobis mors invida nuper abripuit, cuius ego nomine recreor ipso*. *Paullus Cortesius* in opere suo de Cardinalatu, impresso in Castro Cortesio per *Nic. Nardum* MDX. fol. *Marcellum* nostrum singulari modestia praeditum, graece latineque doctissimum nominat.

cio ab ineunte aetate accuratiſſime ſe exercuerat; ac primum Florentiae *Dioſcorides* Graecus in lucem prodiit A. MDXVIII. Idibus Octobris per heredes *Philippi Iuntae* (1) quod quidem Opus, inquit ille in Praefatione, *inter tot alias publicae, privataeque rei ſollicitudines, & occupationes non perbene integris tribus annis abſolvimus* (2). Ipſemet in fine *Dioſcoridis* mentionem facit cuiuſdam Operis ſui quam primum typis evulgandi, cui titulus; *De menſuris, ponderibus, & coloribus*. In noſtra Bibliotheca codex exſtat, in quo legitur doctiſſima mſ. Epiſtola a *Io. Manardo* Ferrarienſi Medico *Marcello* noſtro miſſa, qua hunc de pluribus a ſe peractis in *Dioſcoridis* Latinam verſionem

(1) *Ant. Varchienſis* ſupra memoratus in Praefatione ad Lectores, quae praecurrit *Hecubam & Iphigeniam* in Aulide *Euripidis Eraſmo* Roterodamo interprete Florentiae per heredes *Philippi Iuntae* MDXVIII. 8. haec habet: *Nos ergo, qui ſemper ſtudioſis prodeſſe quoquomodo voluimus, ad meliorem ipſorum frugem nuper* Dioſcoridae Anazarbei *de Medica materia libros*, interprete Marcello Virgilio *Secretario Florentino, viro noſtri ſaeculi literaturae nobilitate clariſſimo, edidimus, grave quidem opus, & in quo multum excuſores laboraverint &c.*

(2) *Philippus Iunta* Anno MDXVII. publica luce donavit ex optimo *Marcelli Virgilii* Codice *Plutarchi* Vitas Parallelas in fol. graece, quas ideo eidem nuncupavit. *Praetereo*, inquit, *quod iam viginti annos Florentiae publice profiteris; omitto eloquium, doctrinam, incredibile ingenium ad res gerendas, morum integritatem, fidem ſummam, humanitatem ſingularem, quibus omnibus ad promerendam hominum gratiam frequentiſſime uteris, adeo ut non immerito iam tot annos ſummo omnium conſenſu primum a ſecretis locum Florentiae tenueris.*

observationibus certiorem reddit. En eius initium: Marcello Virgilio *viro doctissimo. Contigit, nescio quo fato,* Marcelle *doctissime, ut paullo post quam* Dioscorides *tuus ad nos pervenit, dolore pedum vexatus, surgere e lecto per dies multos non potuerim. Cui malo non aliud magis praesentaneum remedium inveniens, primum tuae interpretationis volumen sine interspiratione percurrens, magnopere levatus sum &c.* Hisce observationibus longa Epistola msf. apud nos respondit *Marcellus*, quae ita incipit: Ioanni Manardo *Medico Ferrariensi* Marcellus Virgilius *salutem. Egregie vir &c. Post tres annos, a quo tempore quum in agrum ab urbe proficiscerer, importune ab equo lapsus, sinistraque corporis parte laesus, & altero oculo paene captus, nondum convaluissem, de* Dioscoride, *qui tunc a me edebatur, hoc primum a te iudice eius audio; credebamque ego, non placuisse eius rei peritis, qualis tu es, laborem illum meum, sapienteque censura ab illis damnari &c.* Obiit *Manardus* VIII. Nonas Martii MDXXXVI. De hac *Marcelli* versione loquitur in Ep. data Nonis Februar. MDXVII. *Stephanus Philoponus* Pisciensis, cognomine *Sterponus* in Ep. suis ineditis apud *Salvinum Salvinium* Can. Flor. Ex his una legitur ita inscripta; *Stephanus Philoponus Leoniceno* suo &c. quae incipit:

Marcellus *Flor. publicus Scriba, & doctor humanitatis studiorum, homo in suo genere satis litteratus (est enim perpulcre graece, ut aiunt, latineque eruditus) vertit nuper, ut adserit,* Dioscoridem *in latinam linguam, quem* Hermolaus *antea latinum quoque fecerat, curavitque, quod item curat, eumdem novis typis excusum iri Florentiae. Quare quum quotidie sedulo excudatur, non tamen prius exibit in publicum, quam ad kal. Maias. Quaesivit ex me persaepe, quaeritque adhuc, & quotiescumque hominem*

offendimus, id quod frequenter accidit, an id operis ex se facti gratum tibi futurum arbitrer. Huic ego, non gratum modo, verum etiam gratissimum, iucundissimumque futurum, dummodo emendatissimum exeat in manus hominum, nec uti Hermolai *illud, dictionum scatens, quod idem* Marcellus *plerisque in locis remordet, efferatur in vulgus. Subrubuit homo sua opinione non imperitus, nec mea quidem sententia in grammaticis ignarus; visusque est mihi reformidare gravissimum iudicium tuum, expolitissimamque doctrinam illam, quam &* Hermolaus *ipse graviter sensit in* Plinianis *castigationibus*, Themistii *paraphrasi &c.*

Sequitur in eodem codice autographa *Oratio* Marcelli Virgilii *R. F. primi Secretarii pro eligendo Imperatore exercitus* Paullo Vitellio, *& dandis illi Imperatoriis signis.*

Eiusdem Oratio, habita in principio Lectionis, cuius titulus: Nil admirari.

Eiusdem Oratio, quae inscribitur de Risu.

Eiusd. Oratio de collocandis ad bonas artes iuvenum animis.

In privata *Mediceorum* Principum Biblioth. exstat eius Oratio *De militiae laudibus*, quam publice habuit quum *Laurentio Mediceo* Iuniori militaris ingenii insignia traderentur in patria Urbe.

Laudatio Ant. Squarcialupi, elegiaco carmine, quae ita se habet.

Antonio Squarcialupo *Patria Monumentum Virtutis*

Marcellus.

Qui poteram duras calamis Antonius *aures,*
Et mulcere virûm tristia corda meis,

Qui poteram omnigenos animi componere motus,
Hic prope culta mihi est organa in urbe locus,
Quosque his demulsi totiens hic vocibus, hic me
Marmoreum grati constituere patres.
Felix me populus cantante, beatior hoc sed
Ipse loco, auritum si mihi marmor erat.
Vive hospes, cantuque animum nunc pasce superstes;
Obiecta haec nobis inviaet ortus humo. (1)

Oratio in funere Marsilii Ficini.

Scripsit insuper varia opera Medica, quorum catalogum exhibet *Ant. Vanderlinden* De Scriptor. Medicis p. CCCCXXXVI. (2)

---

(1) Legitur hoc Epigramma una cum aliis ill. Viror. in laudem *Antonii Squarcialupi* in principio Codicis membr. in fol. saec. XV. olim Palatini, nunc Laurentiani Italicos Rhythmos cum notis musicis continentis.

(2) Videndae sunt Epistolae VII. a me editae in citata Collect. Veter. Monum. pag. 22. seq.

I. *Demetrii Chalcocondylae Marcello Virgilio*. Data Mediolani die IV. mensis Maii MCCCCXCII. in qua pro accepto *Hermiae* opere, ab eodem *Marcello* descripto, gratias agit, ac de morte *Laurentii Medicei* & *Petri Leonis* eius Medici in puteum deiecti agit.

II. *Roberti Acciaioli* eidem. Data ex Castro Prati veteris die IV. Nov. MCCCCXCVII. in qua de nonnullis, quae in Vrbe acciderant admoneri, ab amico postulat.

III. *Henrici Caradii* eidem. Data Bononiae X. Kal. Febr. MCCCCXCV. in qua de vetusto codice, quem ab ipso per aliquot dies usurarium acceperat verba facit, subiungitque se audisse *Philippum Beroaldum* virum doctissimum, multa, & ea quidem erudite, diserte, & copiose, & in *M. T.* quaestionibus Tusculanis, & in Statiana Thebaide interpretantem,

Quamplures viri doctiſſimi a *Nigrio* relati honorificentiſſimis illum elogiis decorarunt; heic vero tantum proferam, quod de eo legitur in Oratione quadam mſ. in funere *Marcelli Adriani*, *Jo. Bapt.* Filii habita, ubi haec ad rem noſtram. *Hic enim* (*ideſt* Io. Bapt.) *Filium hunc ſuum inter alios in litterarum ſtudiis ob egregiam eius indolem a primis incunabulis inſtituit, imo quod mirum eſt, veluti ſi ab eius ortu mirum filii ingenium praeſentiret, eodem* Marcelli *nomine illum cohoneſtare voluit, quo & pater eius, & huius noſtri defuncti avus, primus a ſecretis Flor. Reip. numquam ſatis laudatus, nec ſatis laudandus, fuerat inſignitus. Ne exſpectetis, quaeſo, auditores, ut de* Marcello *avo, ac de* Io. Bapt. *patre huius defuncti aliquid in medium proferam, quum ea illius verſio* Dioſcoridis, *& in eumdem librum commentarius mire perſpicuus talem eum*

---

ita tamen (eius ſunt verba) *ut* Marcelli *mei in dicendo maieſtatem, in ſingulis quibuſcumque explanandis vehementiam nonnihil ſemper deſideraturus ſim.*

IV. *Aldi Manutii* eidem. Data Venetiis XXVIII. Octobr. MCCCCXCIX. in qua eidem *Marcello* quotquot typis ſuis ediderat graecos libros ſe miſiſſe teſtatur.

V. *Lucae Albizii*. Dat. ex Lomel die XX. Sept. MDI. in qua de congreſſu quodam a Florentinis legatis inito agitur.

VI. *Thomas Soderini* Card. Data Romae XXIII. Febr. MDVIII. in qua deſcriptionem quamdam Etruſcarum antiquitatum a *Marcello Virgilio* ſibi miſſam ſummopere laudat.

VII. *Michaelis Venturi* Epiſt. Data Romae die V. Maii MDXX. in qua ſe plurimum expetitas litteras ab eo accepiſſe gloriatur, & amici communis in propulſandis ab eo calumniis fidem, animumque commendat.

ostendat, ut non modo sui temporis alios praeclaros viros exsuperare visus fuerit, sed etiam iudicio summorum virorum, quibus eo tempore nostra Civitas erat refertissima, auxilio, & sumptibus Cosmi Medicis, *ac* Laurentii, *etiam antiquos aequare fuerit aestimatus &c.*

Marcelli itaque fama, quum longe, lateque percrebuisset, Summus Pontifex *Leo X.* huius opera uti in rebus gravioribus decreverat, at quum iter Romam suscepturus esset, multis laboribus, ac vigiliis defatigatus, postquam equo, quo rus petens vehebatur, in parietis angulum deiectus fuerat, in morbum incidit, levem initio, sed ita gravem deinde, ut eodem interierit A. MDXXI. aet. suae A. LVII. Eius vero cadaver in Ecclesia S. Francisci extra Florentiae moenia ad Montem tumulatum fuit, hac adposita inscriptione:

MARCELLVS VIRGILIVS, REIPVBLICAE FLORENTINAE SECRETARIVS, SIBI VXORIQVE SVAE, ET POSTERIS POSVIT. VIXIT AN. LVI. MENSES VI. DIES XXVII. OBIIT V. KAL. DECEMBRIS MDXXI.

In pariete ex adverso eius heredes effigiem marmoream ponendam curarunt, his carminibus exornatam:

SVPREMA NOMEN HOC SOLO
TANTVM VOLVNTAS IVSSERAT
PONI; SED HANC STATVAM PIVS
EREXIT HERES NESCIVS
FAMAE FVTVRVM, ET GLORIAE,
AVT NOMEN, AVT NIHIL SATIS.

Latomius eum pariter hoc epigrammate cohonestavit:

En tibi Virgilium *dederunt*, *Florentia*, *Divi*
Quo nomen, *instar Mantuae*,
Nobile sustineas; *illa aurea quatenus aetas*
Permittit isti ferreae.

ALDOBRANDVS CAROLVS.

Carolus *Aldobrandus*, *Thomae Caroli* filius, quem perperam *Aldobrandinum* vocitat *Iulius Nigrius* in Histor. Florentinorum Scriptorum pag. 115. (1) patria fuit Florentinus ex nobili progenie natus, ut animadvertit *Salvinus Salvinius* in additionibus ad memoratam *Nigrii* historiam, mss. in Bibliotheca Publica *Marucelliana*. *Questa famiglia degli* Aldobrandi (inquit) *à goduto tre volte il Priorato per la maggiore nella Repubblica Fiorentina per quartiere S. Croce*, *Gonfalon. Ruote*. *Il primo fu nel* 1480. Tommaso *di* Carlo *di Ser* Tommaso; *il secondo nel* 1488. Domenico *suo Fratello*, *e il terzo il nostro* Carlo *nel* 1518., *e figliolo di detto* Tommaso *di* Carlo. *Questo* Carlo *Scrittore si trova accasato nell' anno* 1507. *colla* Ginevera *di* Antonio *di* Bernardo Ridolfi, *come alla Gabella dei Contratti Libro B.* 158. *a c.* 132. *In fine del Libro intitolato* Lauretum, *che altro non è*, *che una collezione di Poesie Latine in lode di* Lorenzo de' Medici, *si trova una Lettera Latina di* Carlo Aldobrandi *a* Lorenzo *suddetto in commendazione di* Severo Minervi *da Spoleti*.

---

(1) In errorem induxit *Nigrius* etiam Cl. *Mazzuchellium* Scrittori d' Italia Tom. I. Par. I. pag. 388. quem correxit *Salvinus* in cit. notis.

Auli Gellii Noctes Atticas Florentiae *Iuntarum* typis evulgavit anno MDXIII. mense Ianuario, quas suis litteris *Laurentio Mediceo* viro magnanimo nuncupavit, in quibus haec notanda sunt verba: *Eo factum est, ut ego* Gellii *Noctes Atticas admiratus, semper amaverim, ut quum primum potui, Magnifice* Laurenti, *si non emendatas, minus certe corruptas ad alios transmiserim, qui sane multi temporis labor fuit. In quo quum alios veteres Codices, quotquot adspicere licuerit, tum vero ex antiqua Bibliotheca tua emendatos cum his, qui circumferuntur, diu omni adhibita diligentia contulerim &c.* Quod tanta felicitate *Aldobrandus* est assequutus, ut elegantissimum in sui laboris commendationem *Alexii Lapaccinii* Carmen promeritus fuerit.

Opusculum MS. de modo, sive ratione studendi ad *Laurentium Medicem*, *Petri* Filium, cum tetrasticho *Andreae Dactii* ad Lectorem habemus in *Laurentiana* Bibliotheca Plut. LIII. Cod. membr. 4°. n. 21. (1) Epistolae nuncupatoriae tale est initium; *Mihi optanti cui potissimum nostras lucubrationes dicarem; (libelli enim, ut tu quoque optime scis, sine dicatione suo quasi carere patrocinio videntur) tu primus omnium occurristi, cuius plurima, atque amplissima Avi, Patrisque tui beneficia in nos semper animo inhaerebunt, quoad vixero. Suscipe igitur libellum sub tuae auctoritatis clypeo in lucem prodire nequaquam formidaturum.* Opusculum incipit: *Decreveram aliquid in humanis ad te scribere litteris, quoniam sine his parum homines in ho-*

---

(1) Catalog. Cod. Latinor. Tom. II. pag. 617. ubi ipsum adfero *Andreae Dactii* Tetrastichon.

nestis artibus proficere videmus &c. Desinit = *ac de studiorum quidem genere pro tempore a me satis hoc scriptum sit. Vale, &, quum plus ocii ab ipsa Domina Philosophia nactus fuero, plura exspecta.* Praeterea eiusdem monitum ad Lectorem (1) occurrit in commendationem italicae Versionis Commentariorum *Iulii Caesaris*, auctore *Dante Popoleschio*, quae Florentiae edita est Anno MDXVIII. a dì XXX. di Ottobre per *Io. Stephano di Carlo* da Pavia.

ALPHERIVS FRANCISCVS.

Alpherius Franciscus Florentinus (2) Italicae Poëseos studiosus tribus editionibus Italicorum *Francisci Petrarchae* Carminum, quae *Iuntarum* elegantissimis typis Florentiae prodierunt Annis MDIV. MDX. & MDXV. praefuit, cuius videndae sunt praefationes, suis locis relatae, in quibus quid in iis castigandis, & pristinae integritati restituendis praestiterit, quam apertissime declarat. *Apostolus Zenus* in Additionibus ad Biblioth. Italicam *Iusti Fontanini*, Venetiis apud *Io. Bapt. Pa-*

(1) Male indicatur a *Nigrio* l. c., qui adfirmat: *molte sue lettere stampate, unite alla traduzione dell' idioma latino nell' Italiano de' Commentari di* Giulio Cesare, *da* Dante Popoleschi *Fiorentino*.

(2) De *Alpheria Strinatorum* Familia consule *Dominicum Mar. Mannium Osservat. Istor. Sopra i Sigilli*. Firenze MDCCXL. seg. 4. Tom. XI. pag. 133. In armolario Florentino apud *Clementem* del *Pace*, alias citato legitur: *Alfieri Francesco*. A MCCCCXXXVIII, *Striscie rosse* in campo verde, ed una striscia bianca del mezzo orizzontale.

Pasqualium MDCCLIII. 4. pag. 21. haec ad rem nostram memoriae prodidit, ubi loquitur de prima *Petrarchae* Florentina editione Anni MDIIII. *Innanzi a queste tre edizioni Fiorentine* (cioè del 1510. 1515. 1522. dei Giunti) *vi à quella del medesimo* Filippo *di* Giunta *nel* 1504. 8. *col titolo preso da quella di* Aldo, *di cui pure vi imita il corsivo:*

LE COSE VOLGARI

DI M. FRANCESCO PETRARCA.

Ella ebbe per correttore un Fiorentino, al quale non piacque di spiegare apertamente il suo nome, se non sotto queste note abbreviate

FR. ALPH. FLOR.

nelle quali però, a me sembra di ravvisare Francesco Alfieri *Fiorentino, in cui dopo il* 1526. *mancò la famiglia degli* Alfieri, *detta anche degli* Strinati, *secondo l' attestazione che ne fa il* Monaldi *nel suo Priorista presso di me MS.* pag. 238. = *E parlando del canzoniere del* Petrarca (del 1515) *vi fa* (cioè Francesco Alfieri) *onorata menzione del già castigatore, & impressor suo Sulmonense* Aldo Manuccio (soggiungendo con queste precise parole) essendo esso da questa luce subtratto. *Era dunque morto il buon* Aldo *avanti l' Aprile del* 1515., *in cui si diede finimento a questa terza impression del* Giunta; *ma non so con qual fondamento, il Fiorentino lo chiami* Sulmonese, *poichè nessun disse mai, che* Sulmona *fosse la patria di* Aldo.

ANGELVS NIC. BVCINENSIS.

NIcolaus *Angelus a Bucine*, qui eſt pagus Florentinae ditionis in Valle Arni ſuperioris, *Balthaſaris* filius (1), vir fuit undequaque doctus, & natus, teſte *Mich. Poccianto* (2), *ut veteres auctores temporis, & hominum vitio corruptos, & mortuos ad vitam revocaret. Auguſtinum Dathum* in Senenſi Academia litteras humaniores publice profitentem audivit, ac poſtea in eadem Academia utrarumque litterarum Profeſſor exſtitit. (3) Exinde vero beneficio *Iacobi Salviati* (4) in Florentinum Gymnaſium anno MCCCCXCII. fauſtiſſimis *Mediceae* Domus auſpiciis accitus eſt, ubi non ſolum latinas graecaſque litteras publice magna cum laude edocuit, verum etiam in caſtigandis, & in lucem emittendis antiquis ſcriptoribus, qui in *Iuntarum* typographio excudebantur ſedulam operam collocavit. (5) Prodierunt prae reliquis

---

(1) Nomen patris dat *Steph. Mar. Fabruccius* Opuſc. XII. Memorab. Piſan. Univ. pag. 5. ubi memorat etiam claros illius aetatis viros *Marcellum Virgilium*, *Froſinum Boninium*, *Steph. Sterponium*, *Marianum Tuccium*.

(2) In Catal. Flor. Scriptor. pag. 136.

(3) In meo Spec. Litterat. Flor Saec. XV. Tom. II. pag. 64.

(4) Id eruitur ex Epiſt. nuncup. *Ioanni Salviato* praefixa *Macrobii* Saturnal. Flor. apud *Iuntam* MDXV. his verbis: *qui beneficio* Iacobi *parentis tui ſapientiſſimi, quem magnum virum, & excelſum urbs noſtra ad omnem occurſum grande ſui praeſidium agnoſcit, primum Florentiae humanitatis litteras publice profitemur*.

(5) Haec ipſemet teſtatur in Epiſt. ad *Laur Mediceum*, praemiſſa editioni Comoediarum *Plauti*. *Phil. Iunta*

in

A. MDXIV. *Plauti* Comoediae xx, in quibus gloriatur, *quod* (eius ſunt verba) *nos omnium primi legerimus prologum Bacchidibus dimidiatis, & primi actus initium diligentia noſtra repertum reſtituimus, Moſtellariae vero ſcenas utique perturbatas ad earum membra disiecta, & confuſa in ordinem ſuum redegimus.*

Omnia fere *Ciceronis* Opera recognovit, unde in Epiſtola nuncupatoria ad *Bernardum Divitium* Bibienenſem S. R. E. Cardinalem, Philoſophicis *Tullii* Operibus praemiſſa, Florentiae apud *Iuntas* MDXVI. 8. *profuimus*, inquit, *certe plurimum, tum alibi, tum nuper in his divinis* Ciceronis *Operibus, quibus, ad innumerabilium errorum emendationem, aliquot interim membra, quae deſiderabantur, ut in fine ſecundi libri de Divinatione, reſtituimus &c.* Videnda eſt etiam *Philippi Iuntae* dedicatio Orationum *Ciceronis* in *Verrem*, & *Bernardi* item *Iuntae* epiſtola praemiſſa Orationibus in *M. Antonium* Anno MDXV. (1) nec non eiuſdem *Bucinenſis* dedicatio

---

in Praef. ad *Quintilianum* A. MDXV evulgatum, *Robertum Acciaiolum* ita adloquitur. Nicolaus Angelius Bucinenſis, *qua ſit utriuſque linguae peritia, quave examinis ſolertia Scriptorum virtuteſque, & vitia caeleſti quodam naturae beneficio expendat, te,* Roberte Acciaiole, *quod eo ſis aliquando praeceptore uſus, ut plurimi Urbis noſtrae viri doctiſſimi, nequaquam fugit. Huius tam eruditi hominis opera, & induſtria ſumus ad communem litteratorum utilitatem citra biennium uſi in recenſendis optimis quibuſdam latinis auctoribus, qui poſtea typis noſtris in hominum manus emendatiſſimi exivere.*

(1) Epiſtola typographi Iuntae *Antonio Nerlio* ita incipit; *Cogitanti mihi, humaniſſime* Antoni, *cui* Cicero-

Rhetoricorum Novorum *Ciceronis* ad *Philippum Strozzam* eiusdem Anni MDXV. in qua de his *Ciceroni* adscriptis operibus doctissime edisserit.

Auctores etiam de re rustica maximam lucem ab eodem acceperunt, ut testatur laudatus *Philippus Iunta* in Praefatione ad *Franciscum Victorium* A. MDXV. quae initio legitur. *Accedit praeterea* Nicolai Angelii *Bucinensis, tui quondam praeceptoris, accuratissima castigatio, qui quidem vir de utraque lingua benemeritus suis lucubrationibus multa turgida resecavit, hiantia supplevit, cariosa polivit, tumentia complanavit &c.*

Nec praetereunda sub eodem anno MDXV. *Macrobii* interpretatio in somnium *Scipionis* a *Cicerone* confictum, & Saturnaliorum libri VII. summa a *Bucinense* diligentia castigati, & *Ioanni Salviato* iuveni praestantissimo inscripti, & *T. Livii* decadum relliquiae, quas anno MDXXII. *Iulio Medici* Cardinali amplissimo quatuor in 8. Voluminibus dedicavit.

In lucem extulit iisdem semper *Iuntarum* typis A. MDXXII. Opusculum Elegiacis versibus exaratum *Hieronymi Angeriani* Neapolitani, cui titulus *De miseria Principum*, quod ipsi *Angeriano* pereleganti Epistola nuncupavit, in qua ait: *Statueram posthac utique silere, nec styli fortunam subire amplius, quum singula de nobis in dies magis euntes annos praedari, & animum simul cum corpore consenuisse intelligerem &c.*

---

ronis Philippicas, *altum dicendi genus, magna cura a* Nicolao Angelio *Bucinense Rhetore consumatissimo nuper recognitas, & in nostra officina summa diligentia impressas dicarem, tu in hac dicatione dignissimus occurristi.*

Denique ultimos *Prisciani* libros de Syntaxi ad vitam quodammodo revocavit, editique fuerunt ab *Antonio Francino* Anno MDXXIX. cum titulo: *Libri duo postremi* Prisciani *de Syntaxi castigati a* Nicolao Angelio *Bucinensi*. *Nicolai* eiusdem beneficio integram *Calpurnii* Bucolicam habuimus, qui Anno MCCCCXCII. contulit tam *Calpurnium*, quam *Nemesianum* cum vetustissimo Codice, quem e Germania Florentiam attulit *Thaddaeus* ille *Ugoletus* Parmensis, *Matthiae Corvini*, Pannoniae Regis, Bibliothecae Praefectus, vir in utraque pagina doctissimus. Eclogae *Calpurnii*, ac *Nemesiani* ab *Angelo* collatae, ac marginalibus animadversionibus auctae adservantur in Codice membr. Biblioth. *Riccardianae* (1), ubi in fine *Calpurnii*, manu *Angeli* animadvertitur: *Ex vetustissimo Codice e Germania allato is est transcriptus titulus*: *Finis Bucolicorum* Calphurnii. Aurelii Nemesiani *Poetae Carthaginensis Ecloga prima &c.* Ad quarum calcem: *Contuli ego* Nicolaus Angelius *hunc Codicem, cum multisque aliis, & cum illo vetustissimo Codice, quem nobis* Thadaeus Vgoletus *Pannoniae Regis Bibliothecae Praefectus e Germania allatum accomodavit, in quo multa carmina sunt reperta Anno Salutis* MCCCC. LXXXXII. In eadem *Riccardiana* Biblioth. prout ex Catalogo ab *Io. Lamio* edito pag. 294. Codex Chart. in 8. n. CCXL. exstat, in quo habentur: Proverbiorum collectanea *Nicolai Angelii* Bucinensis ad *Ioannem Nesium* ornatissimum Virum, tunc Flo-

---

(1) L. IIII. n°. XIV. in 4. Vid. Catal. pag. 90.

rentini Archigymnasii Praesidem. Tradit in Praefatione, quam iuvat integram adferre se collegisse non paucas Proverbiorum Centurias.

Nicolaus Angelus Bucinensis Iohann. Nesio
ornatissimo Viro salutem.

Inchoavi, veteres quosdam imitatus, proverbiorum collectanea, quorum de varia utriusque linguae lectione ad hanc usque diem collegimus non paucas centurias, quas nondum in hominum manus emisimus, veriti simul, ne editio praecipitetur, ut maior in dies, id quod fit, eorum numerus accrescat; tres tamen de multis edidi Centurias sub te, Ioannes Nesi, *tribuno minore, idest tuo nomini dicatas, dignus certe, qui fias paulo post universae cohortis dux, & graviore eius generis munere doneris; quippe qui Florentino Gymnasio universo praesis, & socraticae disciplinae, & linguae Romanae elegantia, ingeniique magnitudine ceteros aetatis nostrae viros eruditos, altis, ut aiunt, aquis praecurras; quod tam scio dictum etiam contra omnem adulationem, quam supra eorum fidem, qui te non norunt futurum, sed posteritas, spero, cui tuis scriptis fias illustris, me omni adulationis crimine vacasse facile intelliget.* Item sub nº. CXXI. occurrit: *Nicolai Angelii* libellus *de complexu partium Orationis.* Idem titulus prooemio praefigitur ad *Dominicum Contem* Bucinensem, Protonotarium, & scriptorem Apostolicum 4. sine nota impressionis. Praeponitur Epigramma in laudem auctoris, & operis, quod constat versibus XIV. Accedit in fine *Andreae Dactii* tetrastichon in laudem operis.

Inter Codices autem Subdecani *Gabrielis Riccardii*, qui nunc in domesticam familiae *Riccardiae* Bibliothecam inlati sunt, reperitur Cod. chartac. in 4º. signatus nº. CLXXXII. cum hac Epi-

graphe: Angelius Nicolaus *Bucinenſis Epiſtolae ex Praeereptione Opuſculi de complexu partium orationis.*

Item *Nicolai Angelii* Bucinenſis Epiſtolae V. de quibuſdam piſcium, avium, herbarum, animalium, artificum vocabulis MS. in Cod. chart. in 4. nº. IX. eiuſdem Biblioth.


Illi etiam acceptam referre debemus italicam verſionem Epiſtolarum *Bruti*, quae habetur in Codice Chart. in 8. Biblioth. eiuſdem nº. DLXVIII. cum hac Epigraphe: Bruto *Epiſtole volgarizzate da* Niccolò Angelio.

Denique eidem fortaſſe adſcribenda ſunt Italica quaedam carmina, quae ibid. adſervantur Cod. chart. in 8. O IV. nº. XLVI. Catal. pag. 30.

BENIVENIVS ANTONIVS.

Benivenius *Antonius*, *Dominici* theologi praeſtantiſſimi, & *Hieronymi* Poëtae venuſtiſſimi uterinus frater (1), philoſophus inſignis, & teſte

(1) En doctorum huius illuſtris Familiae virorum arbor gentilitia.



Marsilio Ficino Medicus magni nominis, idemque liberalium artium studiosissimus (1) plura ingenii sui monumenta latino, & eleganti eloquio conscripsit, quorum praecipuum inscribitur: Antonii Benivenii *de abditis nonnullis, ac mirandis morborum, & curationum causis. Impressum Florentiae anno ab Incarnatione Dominica* MCCCCCVII. *octavo Kalendas Octobris, opera, & impensa* Philippi Giuntae *Florentini*. 4; quod quidem opus *Hieronymus Benivenius* frater *Ioanni Rosato* Medico, & Philosopho clarissimo dedicavit (2). Natus est, teste *Salvino* (3), die III. Novembris MCCCCXLIII. Prima litterarum elementa accepisse a *Francisco Castilioneo*

---

(1) Vid. inter *Ficini* Epistolas Lib. V. pag. 108. editionis A. MCCCCXCV. f. Epistolam *Antonio* nostro datam, de quo etiam alibi meminit in Epistolis ipsis, ut pag. 22. & 123. t. Vid. *Paschalem Gallum* in Bibliotheca Medica Basileae MDXC.

(2) Prodiit rursus Venetiis sumptibus *H. Octaviani Scoti* MDXVI. 8.; Parisiis apud *Christophorum Wechelium* MDXXVIII. cum *Galeni* libro de Plenitudine a *Ioanne Guinthero* converso; dein Basileae apud *Cratandrum* A. MDXXIX. una cum *Scribonio Largo* de Compositionibus medicis; & cum observationibus *Remberti Dodonaei* inter medic. observat. exempla Lugd. Batav. MDLXXXV. a pag. 122. ad 259. Hinc eruere per se quisque poterit, *Pocciantum* l. c. & *Valorium* in Libello inscripto: *Termini di mezzo rilievo ec.* errasse, adfirmantes hoc opus prodiisse Florentiae Anno MCCCCXCVI. nam, nisi post mortem auctoris anno supra indicato, non vidit lucem.

(3) In notis MS. ad *Nigrium* pag. 55. qui addit: MCCCCLXXI. *Maestro* Antonio *di Ser* Paolo *di* Lorenzo Benivieni *medicò* Caterina *di* Francesco *di* Nero *di* Filippo *del* Nero: *Notificazioni dal* 1471. *al* 1478. *in Gabella*.

Rectore doctiſſimo in Divi *Appiani* Baſilica, una cum *Peregrino Allio*, viro clariſſimo, ipſemet teſtatur (1). Maxima habitus eſt exiſtimatione apud doctiſſimos quoſque ſui aevi, & *Politianum* praeſertim, qui in libro ſuorum carminum elegiam dictavit in laudem Domus *Beniveniae* (2) miſſam *Antonio Benivenio* Medico anno MCCCCLXXII. quae inc.

Ut Sonipes geminas attollit Martius aures,
Quum raucae belli ſigna dedere tubae,
Sic mihi languenti ſurgunt in pectore vires,
Ingenii laudas quum monumenta mei;
Et merito, neque enim tanto ſub iudice tutus
Pertimeo vulgi ſcommata vana rudis &c.

Obiit Florentiae A. MDII. cuius cadaver in aedibus Divae Annuntiatae reconditum fuit, cum hac in marmore inſcriptione:

D. O. M.

ANTONIO BENIVENIO PATRI PHILOSOPHO, AC MEDICO
SIBI POSTERISQ. MICHAEL BENIVENIVS POSVIT
OBIIT DIE XI. NOVEM. AN. SAL. M. D. II.

Benedicti Varchienſis carmina quaedam in laudem *Antonii Benivenii*; non huic tribuenda ſunt, ut male opinatur *Nigrius* l. c. pag. 56. ſed iuniori *Antonio Benivenio*, qui vitam *Franciſci Victorii* ſe-

---

(1) In Cap. LXII. operis memorati *de abditis &c.*
(2) Notandum prae reliquis in ea hoc diſticon:

Felix grata Domus Lycio Benivenia *Phoebo*
Cui ſua conceſſit munera cuncta Deus.

nioris litteris commendavit. Florentiae apud *Iuntas* MDLXXXIII. 4. quique obiit A. MDXCVIII. aet. LXV. ut *Salvinus* tradit: *Fasti Consolari dell'Accademia Fiorentina pag.* 201.

De *Antonio* autem seniore non pauci cum laude meminere, quos Cl. *Mazzuchellius* accurate recenset: *Scrittori d' Italia. Brescia per* Gio. Battista Bossini MDCCLX. fol. Tom. II. Part. II. pag. 856.

BENIVENIVS DOMINICVS.

D*ominicus Benivenius* Ser *Paulli* filius, *Hieronymi* poëtae, & *Antonii* medici frater, inter Sancti *Laurentii* Canonicos cooptatus est A. MCCCCXCI. Obiit die IV. Decembris anno MDVII. Ex libro deliberationum Capitularium *Laur.* Basilicae (1) deprehendimus, dictae Ecclesiae suam supellectilem reliquisse, & exiguam pecuniae summam in eleemosynas pro centum Sacrificiorum suffragio erogandam, ibique fuisse tumulatum, interveniente *Laurentiano* Collegio, nec non Patribus Ordinis Praedicatorum D. *Marci*, quibus erat addictissimus.

Philosophiae, tum Aristotelicae, tum Platonicae cultor, & Theologiae in Academia Pisana doctor eximius Anno MCCCCLXXIX. (2); vir denique ante alios pius erga Deum, erga homines iustus, & misericors, ita acute, & subtiliter in legendo, & disceptando divinarum litterarum secreta investigavit, ut vulgo *Scotinus* alter appellaretur. (3)

---

(1) In Tabulario Capituli *Laurentiani* libro signato A. 3. pag. 60. ab Anno MDI. ad MDXVI.

(2) *Fabruccius* Monum. Hist. Gymn. Pisani opusculo VI. parte postrema §. XI.

(3) *Poccianus* l. c. pag. 49.

Eruditae posteritati transmisit opuscula varia, quorum ad manus pervenit:

I. *Scala spiritualis super Virginis nomen*, etrusco sermone elaborata, cuius initium est: *Più volte diletta Madre avete da me ricerco &c.* (1)

II. *Tractato di Maestro* Domenico Benivieni *Prete Fiorentino in difensione, & probatione della doctrina & prophetie predicate da Frate* Hieronymo *da Ferrara nella Città di Firenze. In Firenze per Ser* Francesco Buonaccorsi *a dì* 28. *Maggio* MCCCCXCVI. 4. (2) Curavit etiam, ut in vulgus prodiret

III. Eiusdem Savonarolae *Triumphus Crucis*, cui ad lectorem praefationem addidit, in qua humanum genus adloquitur, monitumque reddit de eminentibus auctoris virtutibus, quas in eo suspicit, & admiratur, & calumniarum atrocitatem, quibus adfectum per summam iniuriam ingemiscit, detestatur. Prodiit autem Liber *Florentiae* MDXVI. *per* Giovan Stefano di Carlo *da Pavia* (3) ibique se D. *Laurentii* Canonicum dicit.

IV. Inter anecdota laudatus *Nigrius* (4) recenset Apologiam pro ipsomet *Savonarola*, in formam Dialogi ab eo conscriptam.

V. *Fabruccius* vero in Monumentis historicis Pisani Gymnasii memorato Opusc. VI. Parte postrema §. XI. refert eiusdem quinque morales E-

---

(1) *Pocciant.* l. c.

(2) In eo de miraculis, & prophetiis ipsius *Savonarolae* homo nimis credulus, agit, quem librum commemorat in celebri Lexico *Petrus Baelius*.

(3) Vid. *Mazzuchel.* l. c. Tomo II. Part. II. pag. 859. ubi plura de eius scriptis studiose congessit.

(4) *Scrittori Fiorentini* pag. 150.

piſtolas; a ſe in Bibliotheca *Aſcanii* equitis *Samminiati* viſas, ex quarum una apparebat, *Benivenium* Piſcienſi etiam hoſpitali fuiſſe Praefectum, & forſan illi, quod S. *Iacobi* ſimul, & *Philippi* nuncupatum in Monaſterium *S. Mariae Novae*, Ord. *S. Benedicti* cum priſtino honore peregrinos excipiendi, tranſiit, & adhuc viget (1).

VI. *Benedictus Philologus* Florentinus ſub eius nomine, typis *Philippi Iuntae* in lucem extulit *Senecae* tragoedias Anno MDVI. diſertiſſima Epiſtola inſcripta: *ad* Dominicum Benevenium *Divi* Laurentii *Canonicum*. In ea eius laudes, & ingenii monumenta ſummis effert laudibus, ac praecipue opus iam ad finem deductum, quod *Lucerna Religioſorum* inſcribebatur, & in *ſacros omnes Eccleſiae hymnos Commentaria*. *Picus Mirandulanus* in Epiſtola ad *Politianum* (2) qua opus ſuum de Ente, & Vno, *Dominico* nuncupat *Benivenio*, ſubiungit: *quum forte, &* Dominicus Benivenius *adeſſet, utrique noſtrum pro ſua, & doctrina, & integritate chariſſimus*. *Marſilius Ficinus* amicum, & complatonicum ipſum appellat Libro VIII. Epiſt. XX. Doctrinam illius, integritatemque commemorat in Epiſtola ad eum data *ex Fracta* die x Novembris A. MCCCCLXXXVI. cuius initium: *Salve, mi* Dominice, *in ſortem Domini electe &c.* In etruſca etiam Poëſi ſe laudabiliter exercuiſſe, impreſſa inter opera *Hieronymi* Fratris eius elucubratio demonſtrat (3), & ipſemet *Politianus* indicat in E-

---

(1) *Franciſcus Galeottus* in Monum. Piſcienſ. Mſs. pag. 221. 252. 258.
(2) Libr. XII. Epiſtolar. *Politiani*.
(3) Hinc iure merito de eo loquitur *Ioannes Marius* Cre-

legia in laudem Domus *Beneveniae* alibi commemorata, ubi ait:

Bissenos alius modo quum transcenderit annos,
Pectore iam canos vincit & ore senes,
Cederet huic Thamiras docti certamine cantus,
Cederet aurata Calliopea Lyra;
Argumenta etiam logicis miranda figuris
Implicat, & magnum versat Aristotelem &c.

Dominici obitum *Hieronymus* frater amare deflevit, seque ipsum consolando, haec carmina effudit:

Se morto vive ancor colui, che in vita
Troppo certo al tuo cuor fu grato, e piacque
Ond' era al suo desio la via impedita &c. (1)

BENIVENIVS HIERONYMVS.

Hieronymus Benivenius, *Dominici*, & *Antonii* Frater, poeta etrusco carmine clarus (2) natus est anno circiter MCCCCLIII. atque inter mortales

---

Crescimbenius in historia etruscae poëseos, & *Dominicus Georgius* in Catalogo Bibliothecae Marchionis *Capponii*. Romae MDCCXLVII. 4. pag. 55.

(1) Consule Cl. *Mazzuchellium* l. c. pag. 859.

(2) En iudicium, quod de eo adfert *Crescimbenius* Vol. II. *Stor. della Volg. Poesia* pag. 330. *Sebbene nello stile de' componimenti ritenne non poco della corruzione del secolo, nondimeno colla Platonica Filosofia (nel che fu riputato de' primieri dell' età sua) adoperò molto delle sue rime; dimodochè, ove non giugne colla coltura, e colla leggiadria, supplisce coi sentimenti, e colla dottrina, la qual per vero fu singolare*. Vid. etiam *Quadrium Storia, e ragione d' ogni Poesia*. Vol. II. pag. 218. Sed pridem

Do-

ita animi probitate, & ingenii acumine praestans evasit, ut non tantum ab illo clarissimo orbis lumine *Ioanne Pico Mirandulano* arctissime diligi (1); sed etiam sua ipsius etrusca carmina ab eodem illustrari promeruerit, & in primis Canticum *de Amore* inscriptum, cuius initium: *Amore dalle cui mani ec.* quod ipsemet *Picus* uberrimo commentario in tres libros distributo explanavit (2).

Dominicus Mellini Descrizione dell' entrata in Firenze della Regina Giovanna *di Austria Granduchessa di Toscana*. Florentiae impressa A. MDLXVI. 4. pag. 19. scriptum reliquerat: Girolamo Benivieni, *il quale oltre la cognizione delle scienze, bontà, et santità della vita fu molto dedito alla Poesia, et più cose scrisse con assai grande stile, et facilità, spiegando i suoi bei concetti, et ogni cosa empiendo del gratissimo odore de' frutti del suo nobilissimo ingegno*.

(1) *Ioannes Franciscus Picus*, nepos *Ioannis Pici*, in vita praemissa Operibus eiusdem *Pici* haec tradit: *Diebus singulis preces ad Deum suis horis effundebat; pauperibus semper, si qui occurrerant, pecunias tribuebat; nec eo contentus* Hieronymo Benivenio *Civi Florentino, litterato homini, quem pro magna in ipsum charitate, proque morum integritate dilexit plurimum, demandaverat, ut propriis pecuniis semper subveniret egenis; nuptum quoque Virgines traderet, eique statim ut erogatos nummos, quam primum restituere posset, renunciaret. Id enim muneris ei delegaverat, quo facilius veluti fido internuncio, pauperum Civium calamitates, & miserias, quae ipsum latuissent, relevare quiret.*

(2) Habes Mss. in *Riccardiana* Pl. O. IV. num. 33. Cod. chartac. in fol. & inter Codices in 4. n°. 418: Subdecani *Riccardii* reperitur cum hac epigraphe. *Comento abbreviato sulla Canzone d' Amore di* Girol. Benivieni, & alia hujusmodi Carmina O. IV. n°. 22. 418. 756.

Exſtat etiam de amore, & pulchritudine liber unus ad *Ioannem Franciſcum* Mirandulae, & Concordiae Principem, quod quidem opus favente Muſa elaboratum, & ipſe ſuis ſcholiis enarravit, & incipit: *Avendo io, già, ſono molti anni, infra i primi ſudori della mia gioventù ec.* (1) Bucolicum carmen Eclogis octo distinctum cum argumentis eiuſdem ad Dominum *Iulium Caeſarem Varanum* Camerini Principem, quod inc.

Dimmi, exſpetta Fileno ec.

Canticum in laudem *Dantis* praefigitur editioni *Iuntinae* Anni MDVI. 8. cum titulo: *Cantico di* Hieronymo Benivieni *Cittadino Fiorentino in laude dello excellentiſſimo Poeta* Dante Alighieri, *& della ſequente commedia da lui divinamente composta*. Inc.

---

(1) Hunc praeſefert titulum: *Commento di* Hierony. B. *ſopra a più ſue Canzone et Sonetti dello Amore, et della bellezza divina. Impreſſo in Firenze per* S. Antonio Tubini *et* Lorenzo *di* Franceſco *Venetiano, et* Andrea Ghyr. *da Piſtoia a dì* VIII. *di Septembre* MCCCCC. in fol. Inſcribitur ab auctore *Ioanni Franciſco Pico* Principi Mirandulano, duplici Epiſtola, in quarum poſtrema immaturam mortem *Ioannis Pici* effuſis lacrymis amare deflet. Subiicitur in fine pag. CXXXIX. *Deploratoria del prefato* Hieronymo Benivieni *allo illuſtre Principe* Iohanni Pico *Mirandulano*. Capita ſunt octo, ternario Carmine, ad inſtar Comoediae *Dantis Aligherii*. Accedit tandem pag. CXXXXIV. b. *Amore di* Hieronymo Benivieni *Fiorentino allo illuſtre Signore Conte Meſſer* Niccolò *Vicecomite da Coreggio*; praevia eiuſdem *Benivenii* Epiſtola nuncupatoria. Poematium hoc conſtat ocdoadibus CXIX. MS. in *Riccardiana* habetur in Cod. chart. in fol. Plut. O. IV. nº. 33.

Già Febo a reparar le ardente rote ec.

Adiicitur in fine huius editionis: *Prefazione di* Hieronymo Benivieni *Cittadino Fiorentino in el sequente* Dialogo *di* Antonio Manetti *a* Benedetto *suo Fratello*. Tum sequitur Dialogus ipse, in quo interloquuntur *Antonius Manettus*, & *Hieronymus Benivenius*, qui Dialogus etiam separatim impressus per manus eruditorum circumfertur. Eius item Capitula, Carmina, Cantica, Odae, Psalmi, (1) (qui sunt LXXIII. LXV. XCIX.) Laudes Christi, & quorundam Sanctorum &c. etrusco idiomate exactissime recensentur ab *Ioanne Maria Mazzuchellio* (2).

Curavit etiam ut publica luce donarentur: *I cinque libri di Fra* Girolamo Savonarola *della semplicità della vita Cristiana, tradotti dal latino in vulgare da* Hieronimo Benivieni, quibus praecurrit Epistola nuncupatoria ad *Antonium Manettum*. *In Firenze per li heredi di* Philippo di Giunta MDXXIX. 4.

Fuit autem patriae libertatis adsertor; quumque anno MDXXX. Florentina Civitas, *Caroli V.* Imperatoris, iure belli, in *Mediceae* gentis pote-

sta-

---

(1) *Salvinus Salvinius* in addiction. ad *Nigrium*. pag. 300. subiungit: *tradusse in terzine i sette Salmi Penitenziali, e li comentò, dedicandoli alle Monache delle Murate di Firenze. In Firenze* MDVIII. *per* Ant. Tubini *Fiorentino, e* Andrea Guilandi *da Pistoia. In fine sono alcune operette spirituali di S.* Bonaventura *da lui tradotte, e indirizzate alla diletta in Cristo Sorella* N. de' B.

(2) *Scrittori Italiani* Tom. II. Part. II. pag. 860.

ſtatem veniſſet, *Clementi VII.* Pont. Max. quo olim familiariſſime uſus fuerat, ſatis longam Epiſtolam dare non timuit, de eo quod in novo regimine conſtituendo, contra patriae libertatem moliebatur (1).

Inter plures rariſſimoſque Codices Bibliothecae *Magliab.* unus eſt, complectens *P. Papinii Statii* Silvas impreſſas Florentiae apud *S. Iacobum* de Ripoli An. MCCCCLXXX. in fol. cuius ad marginem *Hieronymus Benivenius* manu ſua adnotavit plurimas variantes lectiones ex Codicibus antiquis optimae notae deſumptas.

Quum ad ultimam ſenectutem perveniſſet, diem clauſit extremum anno MDXLII. aetatis ſuae LXXXVIIII. propriumque corpus tumulari voluit una cum cineribus amiciſſimi ſui *Ioannis Pici Mirandulani* in Templo *S. Marci* Ord. Praedic. Florentiae. In eodem marmore inciſa leguntur epitaphia, quae ſequuntur:

POLITIANVS. IN. HOC. TVMVLO. IACET. ANGELVS. VNVM
QVI. CAPVT. ET. LINGVAS. RES. NOVA. TRES. HABVIT
OBIIT. AN. MCCCCLXXXXIV. SEP. XIV. AETATIS. XL

IOANNES. IACET. HIC. MIRANDVLA. CETERA. NORVNT
ET. TAGVS. ET. GANGES. FORSAN. ET. ANTIPODES
OB. AN. SAL. MCCCCLXXXXIV. VIXIT. ANNOS. XXXII

HIERONYMVS. BENIVENIVS. NE. DISIVNCTVS
POST. MORTEM
LOCVS. OSSA. SEPARARET. QVORVM. ANIMOS
IN. VITA. CONIVNXIT. AMOR
HAC. HVMO. SVPPOSITA. PONI. CVRAVIT
OB. AN. MDXLII. VIX. AN. LXXXIX. MENS. VI

(1) Rem fuſe narrat *Varchius Iſtor. Flor.* Libro IX.

Retro autem in pariete haec alia epigraphe legebatur, quae hodie non extat:

IO . PREGO . IDDIO HIERONIMO . CHE . IN . PACE
COSÌ . IN . CIEL COL . PICO . TVO . CONGIVNTO . SIA
COME . IN . TERRA . ERI . ET . COME IL . TVO . DEFVNTO
CORP' OR . COLLE . SAGRE . OSSE . SVE È QVÌ . CONGIVNTO

BONACCVRSIVS BLASIVS.

Bonaccursius Blasius Florentinus, ineunte saeculo XVI. fuit coadiutor secretarius illius Magistratus, qui dicebatur *De' Sigg. Dieci della Guerra della Città di Firenze*; atque italica poësi summopere delectabatur. Scripsit *Diario de' Successi più importanti seguiti in Italia, e particolarmente in Firenze dal* MCCCCXCVIII. *al* MDXII. *raccolto da* Biagio Buonaccorsi *in quei tempi Coadiutore in Segreteria de' Magnifici Signori Dieci della guerra della Città di Firenze colla Vita del Magnifico* Lorenzo *de'* Medici *il Vecchio. In Firenze appresso i* Giunti MDLXVIII. 4. Habes hunc Diarium ms. in Biblioth. *Laur.* Pl. LXII. n°. XXIII. chartac. in 4. de quo in Catal. codd. Latinor. Tom. V. pag. 279.

Blasii italica Epistola ad *Hieronymum Benivenium*, in qua ait se publica luce donasse eius italicum carmen *de Amore divino*, iuxta Platonicorum mentem, cum uberrimo *Ioannis Pici Mirandulani* Commentario, legitur in principio italicorum carminum *Hieronymi Benivenii*, quae Florentiae per heredes *Philippi Iuntae* A. MDXIX. mense Martio in lucem prodierunt in 8. & in fine Operum *Pici* edition. Basil. apud *Seb. Henricpetrum* MDCI. fol. pag. 495.

Eius alia Epistola item italica ad *Pandulfum Bellaccium*, quae *Nicolai Machiavelli Principem* prae-

currit, exſtat in Codice *Laur.* Biblioth. Plut. XLIV. nº. XXXII. chart. in 8. cuius ſpecimen dedi in Praefatione ad meam veterum aliquot monumentorum Collect. Arretii per *Mich. Bellottum* MDCCLII. 8. pag. XXXVII. & integram inſerui in Catal. Codd. Latinor. dictae *Laur.* Biblioth. Tomo V. pag. 230.

Carmina eiuſdem italica leguntur in Cod. *Laur.* Pl. XLI. nº. XXXIII Vid. cit. Tom. V. pag. 143. & alia ſimiliter, teſte *Nigrio* cit. Hiſt. Flor. ſcript. pag. 109. per manus eruditorum circumferuntur.

De eo haec adnotavit *Salvinus Salvinius* in cit. correctionibus & additionibus ad Hiſtoriam *Nigrii* pag. 109. *Il detto* Biagio *di* Bonaccorſo *di* Filippo *di* Biagio *preſe per moglie nel* 1495. Aleſſandra *di* Daniello *del Maeſtro* Ficino, *nipote del gran* Marſilio, *come alla Gabella de' contratti* D. 146. pag. 154. *Il detto* Biagio *biſavolo del noſtro ſi trova ſquittinato al Priorato per la maggiore* 1381. *Queſti* Buonaccorſi *di* Biagio *paſſavano per il quartiere di S. Maria Novella*. Vide *Mazzuchel. Scrittori Ital.* Vol. II. P. IV. pag. 2295.

BONINVS EVPHROSYNVS.

Euphroſynus Boninus a *Pocciante*, & *Nigrio* inter Lycei Piſani Profeſſores adnumeratur (1); quod tamen *Stephanus Maria Fabruccius* in Opu-

(1) De Scriptor. Florent. *Nigrius* loc. cit. duos diverſos Scriptores fingit, unum pag. 159. *Euphroſino Bonini*, alterum pag. 228. *Froſino Bonini*, adfirmatque perperam ſaeculo XV. ineunte utroſque floruiſſe. Neſcio an frater, aut filius *Euphroſyni* fuerit *Petrus Maria* quidam *Boninius*, qui in lucem emiſit libellum, cui

ſculo XII. p. 6. memorabilium illius Academiae negat. Illud certum eſt, quod Florentiae humaniores litteras eſt profeſſus. Vir utique doctus e celeberrima *Angeli Politiani* palaeſtra profectus, ab ipſa adoleſcentia talia ingenii ſui ſpecimina dederat, ut in ſolemni ſtudiorum inſtauratione A MCCCCXCVII. in Metropolitana Eccleſia Florentina peracta, ei inauguralis Oratio fuerit demandata (1).

Quamvis artem ſalutarem profiteretur magna cum laude (2) nihil tamen de eo memoriae prodiderunt *Fabricius* in Elencho Medicorum veterum, nec *Mangetus* in Bibliotheca Medica. In id praeſertim incubuit, ut nitidiſſimis *Iuntarum* typis plures Graeci auctores cum ſuis doctiſſimis Praefationibus, quam emendatiſſimi in manus doctorum hominum venirent, quos inter videndi ſunt ſequentes:

I. Compendium grammaticae Inſtitutionis *Aloyſio Alamanno* dicatum, ex variis auctoribus, ſcilicet *Chryſolorae* Interrogationes MDXIV. 1. Febr. gr. 8.

II. *Theodori* grammatices Introductionis Libri IV. *Ludovico Martellio* inſcripti MDXV. V. Kal. April. gr. 8.

III. *Apollonii Alexandrini* de Conſtructione, gr. 8.

---

cui titulus LVCIDARIO DARITMETICA, *Philppo Philippi Strozae* nuncupatum: *impreſſo nella excelſa Ciptà di Firenze per* Gianſtephano *di* Carlo da *Pavia* a dì 7. di Gennaio 1517. 8.

(1) Ex lib. V. in Arch. Reform. Florentiae.

(2) Doctorem artium & medicinae ſe nominat in Praefatione ad *Apollonii Alexandrini* Syntaxim Graece A. MDXV. 8.

IV. *Magni Basilii* de grammatica Exercitatione Libri. In Epiſtola nuncupatoria *Chriſtophoro Sernisio*, Artium, & Medicinae doctor dicitur *Boninus*. MDXV. graec. 8.

V. *Xenophontis* omnia, quae exſtant. Praeit Epiſtola *Laurentio Salviato* MDXVI. 10. Kal. Iun. gr. fol.

Inter clariores diſcipulos, qui ex eius ludo litterario prodierunt, non omittendus eſt *Benedictus Accoltus*, Anconitanus Epiſcopus, prout teſtatur *Bernardus Iunta* in Epiſtola ad eum nuncupatoria, praemiſſa *Ariſtophanis* Comoediis a ſe impreſſis. Ann. MDXV. 8.

Iuvit etiam mirum in modum aliorum labores, & grati animi ſignificatione ſibi nuncupari non renuit a *Philippo Pandulphino Theocriti* graecum Opus, Epiſtola graece ſcripta Anno MDXV. die X. Ianuarii. In Bibliotheca *Laurentiana* Plut. LXXIII. Codex exſtat chartaceus in fol. n°. 9. nitide exaratus (1), & ab ipſo met auctore, ſi non ſcriptus, ſaltem caſtigatus, in quo haec continentur:

I. pag. 1. *Galeni* Pergameni maximae auctoritatis Medici Definitiones Medicinales e graeco in latinum ſermonem converſae ab *Euphroſyno Bonino* Philoſopho Florentino. Operi haec praecurrunt, primo Epiſtola *Euphroſini Bonini* ad *Clementem VII.* P. M. in *Galeni* Definitiones eiuſdemque Introductorium, nec non & in Commentaria *Philoponi* e graeco in latinum converſa. Inc. *Dicatas iampridem Sanctitati tuae lucubrationes has noſtras, continuoſque labores, quibus terdenis iam*

(1) Vid. Catal. Codd. Latinor. Tom. III. pag. 25.

mensibus insudavimus in vertendis Definitionibus Galeni Pergameni, eiusdemque Introductorio ad medicam artem, nec non & Commentariis Ioannis Philoponi (ante merito superatum summi Apostolatus apicem) dare decreveram, quod & non contigisse gaudeo; nam potiori patrocinio tuebuntur, & diutius differre idcirco nequeo = Quamobrem dum publicae utilitatis studiosis consulendum esse censeo, ne posteri graecarum litterarum ignari, quae priores iamdudum incommoda multa tulerunt, ulterius ferant, clementissima sanctitate tua, dum Florentiae essemus ad hanc provinciam suscipiendam, etsi arduam longe, suadente; quaecumque Paulli Aeginetae extant opera, aut Galeni Pergameni, Hippocratisve Chii, aliorumque bonorum auctorum, quae latinitate careant hanc usque in diem, hac ego illa donare ex illo molior. Utque nostrarum segetum parca manu primas aristas, Diis optimis auspicibus, tuae clementissimae Sanctitatis aris iam imponere non erubescam, Galeni medicam en*damus Isagogen, eiusdemque Definitiones. Ad haec Ioannis quoque Grammatici, Philoponi cognomine dicti (antiquissimum Codicem, maximaeque auctoritatis, non sine magno labore, dum in patria essem, iampridem nactus) pulcherrima Commentaria, quae in librum Aristotelis, qui Posteriora Resolutoria inscribitur, edidit. Opus apud me natum, ut Plinianum illud referam, proxima fetura, Sanctitati tuae hodie dicare constitui, aliorum quoque omnium illorum, quotquot pollicitus sum, aliquid quotannis daturus = At quia maioribus, ut par est, negociis intentam illam esse (scil. Sanctitatem) non ignoramus, Alberto, si placet, Carpo, Musarum alumno, Andreae Thurino Philosopho, ac Medico peritissimo, ceterisque ἀδεκάστοις κριταῖς, quibus abundat Sanctitas tua, legenda tradere non dedignabitur. Des. hilari vultu accepturam minime dubita-

mus. Ex Academia Pisana Idibus Iuniis anno humanae Reparationis MDXXVII. Sequitur deinde pag. 3. t. Eiusdem Epistola ad Lectores, quae inc. Pythagorae *amplius parere praeceptis nequeo inerti tamdiu parcere calamo* = *Quapropter* & Io. Grammatici *quidquid exstat*, & Alexandri, & Paulli *Aeginetae*, & Galeni, & *aliorum quaecumque frugem nepotibus adlatura putamus graeca volumina, Diis auspicibus interpretari iampridem aggressi* (*onus, etsi nostris proculdubio viribus impar, Sanctissimi* Clementis Septimi *Summi Pontificis, priusquam ad merito adeptum Apostolatus fastigium adscendisset, hoc iubentis, dexteris auspiciis levius redditum*) Galeni *Pergameni Definitiones, eiusdemque Medicam Isagogen, quae* Medicus *quoque inscribitur, opus nusquam apud Latinos alibi totum inspectum, nec non aurea* Philoponi *Commentaria, quae in librum Posteriorum Resolutoriorum* Aristotelis *edidit, nunc vobis damus*: Des. & Paullum *Aeginetam, aliaque forsan nonnulla, prima adventante hieme a nobis exspectate. Haec interim legite, quae si vobis placuisse intelligam, promptius ad alia me conferam.* Tertio pag. 4. t. Eiusdem ad librum suum προτρεπτικὴ νουθεσία, quae inc. *Gaudeo felix*. Des. *fortunae cetera manda*. Quarto denique pag. 5. *Laurentii, & Federici Bonini, Euphrosyni Bonini* Philosophi Florentini filiorum, ad Lectores Praefatio, quae inc. *Communis est*. Des. *iamque Definitionibus incumbite*. In hac Epistola notanda sunt haec = *quapropter quum* Euphrosyno *genitori nostro graecos veteres omnes auctores medicinae vertere Diis adnuentibus mens sit &c.* Hisce praemissis pag. 5. t. ipsae *Galeni* Definitiones occurrunt, quae inc. *Definitionum tractatum apprime utilem*. Des. *seu tubas audientes*.

II. pag. 48. *Galeni* Pergameni Iſagoge ſeu Introductorius Libellus, qui & *Medicus* inſcribitur, eodem *Euphroſyno Bonino* Philoſopho Florentino interprete. Praecurrit ad Lectorem Praefatio, quae inc. *Conſueviſſe ſemper fama eſt*. Deſ. *Iſagogen* Galeni *Pergameni, ſeu mavis* Medicum, *mox vertere viſum eſt, ut quae ab optimo Medico amplexanda ſunt inſpicientes, Medici vos quoque peritiſſimi evadatis*. Caput primum inc. *Inventores artium*. Caput XVII. & ultimum deſ. *ſed plerumque diſtillantia reddere ulcera conamur*.

Etiam in *Riccardiana*, ut eruimus ex Catal. pag. 249. reperitur Codex chartac. in 4. n°. XXXV. cum hoc titulo: Iohannis *Grammatici* Philoponi *Alexandrini in librum* Ariſtotelis, *qui Poſteriora Reſolutoria inſcribitur, Commentaria e graeco in latinum ſermonem verſa* Euphroſyno Bonino *Philophilo Florentino interprete*. Hanc *Bonini* verſionem memorat *Poccianttus* l. c. ſubiungit Cl. *Lamius*: *Euphroſynus Boninus*, Medicus fuit Florentinus, *Angeli Politiani* diſcipulus. Nec abhorruit a Thuſca iocoſa Poëſi, cuius ſpecimen habemus *Canti Carnaſcialeſchi ec.* Coſmopoli MDCCL. T. I. pag. 163. ubi adfertur eius Carmen inſcriptum *Canto delle Code*, quod mſ. exſtat in *Riccard.* O. III. n°. XX. pag. 147. Vid. eius Catal. pag. 95. & 249.

CANDIDVS PETRVS.

Petrus *Candidus* in Porticu Flaminiae oppido natus, *Vannis* de *Dovadula* Filius, primum monachus fuit in Coenobio Carcerum Camaldulenſis A. MCCCCLXXXI., & anno ſequenti Cancellarius *Petri Delphini* Prioris Eremitarum Camaldulenſium Generalis, inde Abbas ab ipſo datus Anno MCCCC.

LXXXIII. (1) Coenobio S. *Michaelis* de Arretio, cuius tamen regimen minime est consequutus, quum eodem tempore Abbatia *Ioanni Mediceo* fuerit commendata (2).

Mutato aliquando abitu apud Monachos nigros Congregationis *S. Iustinae* vitam traduxit, donec ad pristinum Ordinem reversus, impetrata venia a *Delphino*, ut graecam linguam magis magisque addisceret, ex Italia solvens, fausta navigatione in Cretam insulam appulit, ubi postquam atticae eloquentiae flores, ac Philosophiae fructus ubcrrimos collegisset (3), Italiam remeavit, pretiosa sibi graecorum codicum supellectile conquisita. Gratulatus est redeunti *Delphinus* (4), tantamque deinde sui nominis celebritatem apud eruditos quosque sibi comparavit, ut graeci monachi passim cognomine vocaretur. Exstat adhuc in Bibliotheca Sacrae Eremi Camaldulensis nitidissimus papyraceus Codex in 8. ab eo, dum cum Graecis hominibus versaretur exaratus Anno MCCCCXCI., qui continet morales sententias, ab ipsomet e graecis Scriptoribus, ac ex *Stobaeo* potissimum diligenter excerptas, in cuius prima pagina haec pro titulo adscripta sunt: Πέτρου Φλωρεντίνου μοναχοῦ.

(1) Annal. Camaldul. Tom. VII. pag. 318.

(2) Annal. Camald. Tom. cit. pag. 357. *Delphinus* Ep. 171. seq. Tom. III. vet. Scriptor. & Monum. *Martene*, & *Durandi* col. 1183. fidissimum rerum suarum depositarium, atque custodem appellat, eidemque Anno MCCCCLXXXII. die ultima Septembris, Carmen mittit in honorem S. *Hieronymi* ab ipsomet, animi levandi causa conscriptum.

(3) *Delph.* Lib. V. Ep. VI. edit. Ven. A. MDXXIV. fol.

(4) Libr. XVI. Ep. 96.

Καμαλδολένσεως ἐπιμελεία ἐν κρήτῃ σωτηρίας ἔτει ῶ ῶ ῶ ἁ. υ. ςα σκιροφοριῶνι μηνί. Mentionem facit *Petrus Delphinus* in suis Epistolis (1) Orationis de sacra Eucharistia, quam *Petrus Candidus* dixit Anno MCCCCLXXXIII. dum primam Missam celebraret.

Anno vero MCCCCXCIX. eidem *Delphino* dicavit *Eudociae* Augustae de Vita Christi *Homerocentra*, ex graeco latine reddita, quae primum in rarissima *Aldi* Christianorum Poëtarum collectione Venetiis Anno MDI. = MDIV. tribus in 4. voluminibus impressa fuere, Epistola graece, & latine ad *Aldum* praemissa, quae ita se habet: *Quae dicuntur Homerocentra magno studio a te expostulata, & exscripsimus, & correximus nos, tanta quidem diligentia, quantam & nostra amicitia, quae maximaque, & insuperanda, & tua erga studia promptitudo, qua non queat quisquam maiorem adferre, petere videbatur = Hoc igitur ipse, ut alia omnia apud utramque linguam elegantiora inventa ne differas imprimere, & praecipue, ut* Petrus Delphinus *solitudinis, & Ordinis Camaldulensis magnus Abbas hoc saltem munere, ipsius viri sanctitati maxime convenienti, a me donetur. Vale.*

Sed amico suo *Delphino* Anno MCCCCXCIX. iam dicaverat *Cebetis* Thebani Tabulam, latina auctam versione, de qua mentionem facit idem *Delphinus* (2), sicut etiam de Tetraevangelio latine a *Candido* converso, de Orationibus aliquot S. *Ioannis Chrysostomi*, & de *Basilii* quodam Opere, *Ba-*

---

(1) Lib. I. Ep. 77.
(2) Libr. XXII. Ep. 31. & 79.

filio S. *Felicis* Abbati nuncupato (1). Descripsit etiam *Candidus*, teste *Thoma Minio*, *Alexandri* Magni gesta etrusco carmine. Addit *Fortunius* memorabilia quaedam de Monasterio S. *Mariae* de Balneo Litteris eum consignasse, & Angelorum de Florentia Coenobium ingenti librorum copia locupletasse, qui variis doctis viris commodati periere; quod quidem ego ausim impugnare, quum plurimos rarissimos graecos, & latinos libros, manuscriptos, & impressos, tam in Monasterio Fontis Boni, quam in sacra Eremo Camaldulensi, qui eius nomen, & animadversiones praeseferunt, accurate descrispserim mense Octobri A. MDCCLXXXVII. dum Casentinatem Provinciam sedulus perlustrarem.

Regebat *Candidus* Anno MD. Sacerdotium Castri Cari; mox ei collata Abbatia Sancti *Stephani* Cintorii in agro Pisano (2); ac tandem A. MDVII. in Romana Curia diversabatur (3). Superest eius memoria in Epistolis *Delphini* usque ad annum MDXII. quo tempore mense Martio exiit in lucem Florentiae ex officina *Philippi Iuntae* *Lucretius*, ab eo restitutus *adhortantibus* (eius sunt verba ad *Thomam Soderinum*) *summis*, *iisdemque doctissimis viris*, *impendioque id a me efflagitantibus*, *si ve-*

(1) Libr. XXXIII. Ep. 2.
(2) A *Petro Candido*, Cintorii Abbate, provocatus *Delphinus*, epistolam scripsit laudibus refertam ad *Gabrielem Gabrielium* Cardinalem Urbinatem, quem laudat, quod totus in lectione divinorum, humanorumque librorum versetur, neque latinis tantum litteris, sed etiam graecis, ad aemulationem *Catonis*, vel senior oblectetur. Vid. Annal. Camald. Tom. VII. pag. 395.
(3) *Delph.* Epp. lib. VIII. Ep. 67. 68.

tastis, quae in nostra urbe, optimarum omnium artium, ac disciplinarum, iam inde a iactis fundamentis altrice, nacti sumus, collatis exemplaribus, praestantissimorumque aetatis nostrae vatum, Pontani, Marullique *obelis temere inducta expungendo, adhibitis, tam putida in eleganti poeta manantia ulcera, non splenio, quod factum antea est a plerisque, contegerem, quin ad vivum usque penitus, radicitusque exantlarem, monstraque illiuscemodi, quae* Carum *tamdiu, tamque miserabiliter collaceraverant, profligarem.*

Magnam certe veterum editionum vim ab *Aldo* praecipue impressarum (1), adscripto in inferiori paginae margine *Petri Candidi* nomine, congessit, quae a me, ut supra dixi, magna cum voluptate descriptae fuerunt. Evolvi prae reliquis rarissimam editionem Thesauri Cornucopiae, & Horti Adonidis, Venetiis in aedibus *Aldi Manutii* Romani, Decembri mense M. III. D. fol., ubi ad calcem primae pag. legitur: *Monasterii Angelorum Petrus Candidus.* Haec autem editio marginalibus *Petri* Monachi animadversionibus, iisque quidem graecis locupletata est, in quibus legitur pag. 1. *ex Nicae Etymologico sunt multa hic* &c. *Est in Bibliotheca*

---

(1) Usus est amicitia *Aldi Manutii, Cosmi Pactii* Archiepiscopi Florentini, aliorumque tam in Graecia, quam in Italia doctorum virorum. De ipso, praeter adlatos Scriptores Camaldulenses, & *Paullum Orlandinum* lib. V. De Theologia mixta, cum laude verba fecere *Laurentius Legatus* in Museo Poëtriano, *Iustus Fontaninus* in Antiquit. Hortanis, & Card. *Ang. Mar. Quirinus* in Epist. ad *Feverlinum* die XI. Decembris MDCCXLVIII. Videatur etiam Diarium Litterat. Ital. Tom. XXIV. pag. 176.

S. Marci Florentiae &c. Pag. 34. *Hoc ex Nicae Etymologico in membrana, ſed uterque eſt alicubi mutilatus paſſim* &c. Pag. 35. *Sic & Nicas in Etymologico ſuo* &c. atque alibi paſſim.

Vidi praeterea Lexicon *Suidae* graece impreſſum Mediolani impenſa, & dexteritate *Demetrii Chalcondylae* A. MCCCCXCIX. fol. in quo ad calcem primae paginae legitur: *Monaſterii Angelorum Petrus Candidus*, qui veterem hanc editionem obſervationibus illuſtravit (1). Heic quoque animadvertit, Ἡσυχιϰ λεξιϰὸν *accipio eſſe Mantuae, multo hoc utilius, copioſiuſque citra hiſtorias* τϰ̃ Νιϰᾶ. Nicae *magnum Etymologicum eſt in Divi* Marci *Bibliotheca, quod fuit* Politiani. In uberrima collectione Epiſtolarum *Petri Delphini* Generalis Camaldulenſis electi, Venetiis Anno MCCCCLXXX. aetatis ſuae XXXVI. quae quatuor in fol. Voluminibus comprehenſa adſervatur in Bibliotheca ſacrae Eremi, una cum earumdem editione rariſſima, cui titulus: Petri Delphini *Veneti Prioris ſacrae Eremi, & Generalis totius Ordinis Camaldulenſis Epiſtolarum Libri* XII. *cum gratia, & privilegio illuſtriſſimi Dominii Veneti, ne quis audeat per decennium imprimere hoc Volumen ſub poena in privilegio contenta. Impreſſum Venetiis arte & ſtudio* Bernardini Benalii *impreſſoris, praeſidente Sedi Apoſtolicae Sanctiſſimo Domino* D. Clemente *Papa Septimo, & Illuſtriſſimo* Andrea Gritto *inclyto Principe Venetiarum, anno*

(1) Qua ratione Etymologicum magnum *Nicae* cuidam perperam tribuerint viri clariſſimi, oſtendit Cl. *Laur. Mehus* in Praef. ad *Ambroſii* Camald. Epiſtolas Florentiae typis Caeſaris MDCCLIX. fol. pag. 88.

Domini noſtri MDXXIIII. *die prima Martii fol.* In hac, inquam, uberrima *Delphini* Epiſtolarum collectione, tam inedita, quam typis vulgata (1) litterae ad *Petrum Candidum* datae ſunt, quae ſequuntur iuxta ſeriem annorum, & paginarum, prout in ſingulis Voluminibus reperiuntur. *Petro Candido* de Porticu *Vannis de Dovadula* monacho Carcerum MCCCCLXXXI. 2. Fontis Boni MCCCCLXXXII. 34. 35. 36. Cancellario Generalis 47. 49. ad 56. 62. in Monaſterio S. *Benedicti* celebrat primam Miſſam, & Orationem habet de Euchariſtia 63. 72. MCCCCLXXXIII. 76. 78. ad 81. Abbati S. *Michaelis* Arretii 83. 85. 88. 91. 92. MCCCCLXXXIV. 99. 105. MCCCCLXXXV. 123. 40. 47. MCCCCLXXXVI. 189. Nigrum poſtmodum habitum induit, ſed ad candi-

---

(1) Hoc ordine diſpoſitae ſunt;

Tomus I. continet Epiſtolas ab A. MCCCCLXXX. ad MCCCCXCII.

Tom. II. a MCCCCXCII. ad MCCCCXCVIII.

Tom. III. a MCCCCXCVIII. ad MDV.

Tom. IV. a MDV. ad MDXIII.

Epiſtolas ab A. MDXIII. ad MDXVII. habes exſcriptas in fine Tomi I.

Epiſtolae autem ab A. MCCCCLXXX ad MDXXIV. ſelectae e memoratis Mſs. voluminibus, curante *Iacobo* Brixiano, Priore S. *Martini* de Opitergio continentur in editione Veneta ſupra memorata. Vidi in eadem ſacrae Eremi Bibliotheca *Petri* eiuſdem *Delphini* Codicem trium Epiſtolarum, ſeu de ſententia ſui Generalatus. Inſunt querelae, quibus laceſſitus ab Eremitis fuit, etiam in Romana Curia, praeſertim a *Petro Quirino*, & a *Paullo Iuſtiniano*, tandemque ſententia coactus eſt ſe abdicare Monaſterio Fontis Boni, ac Villa Mauſolea, quam, opus manuum ſuarum, maxime deflet.

dum regreſſo Anno MCCCCXCV. 331. tribuitur facultas Cretam eundi ad graecam linguam diſcendam MCCCCXCVI. 488. in Italiam regreſſo, & Lemmi monacho 500. MCCCCXCVII. 604. 676. apud *Angelos* 695. MCCCCXCVIII. 711. MCCCCXCIX. 70. 80. 98. Priori Caſtro Cari MD. 133. 50. 77. 82. 205. 208. MDI. 223. 32. 40. 42. 56. 81. MDII. 367. MDIII. 477. 78. 82. 84. 89. 91. 97. 504. MDIV. 547. 61. 69. 75. 77. 79. 81. 84. 88. 92. 97. 603. 608 MDV. 614. 21. 23. 26. 48. + 6. 17. 33. 42. MDVI. 43. 80. Monacho geniali Romae MDVII. 143. 47. Abbati de Cintorio 199. MDVIII. 205. 210. 12. 16. 20. 21. 42. 58. MDXI. 514. 18. 41. 54. Dicitur obiiſſe menſe Aprili MDXIII. DCCXXV. apud *Angelos*.

CORSIVS IOANNES.

Io. *Corſius*, *Bardi* filius, ex praeclariſſima olim apud Florentinos *Corſiorum* gente natus eſt Florentiae A. MCCCCLXXII. ut habet vir clar. *Salvinus Salvinius* in notis ad *Iulium Nigrium* Mſs. in Bibliotheca *Marucelliana*.

Nihil ipſi prius fuit, quam vetuſtatem nobilitatemque generis, incremento novae gloriae & illuſtrium imitatione facinorum amplificare. Honorificas pro Florentinorum Republica legationes A. MDXIII. ad Hiſpaniae Regem, ad *Carolum* V. Imperatorem, & ad *Paullum* III. Pontificem Maximum geſſit; unde Florentiam reverſus, primos in patria honorum gradus obtinuit. Conlapſa poſtmodum Republica, in maxima exiſtimatione eſt habitus ab *Alexandro Mediceo* Florentinorum Duce, qui inter primos XLVIII. Senatores Anno M. D. XXXII. eum cooptavit. Optime de patria & de litteris meritus deceſſit die XVII. Iulii anno M. D.

XLVII. a *Petro Crinito* in fine Libri X. de Honesta Disciplina vocatus *vir non minori iudicio, quam veterum doctrinis excultus*.

Cosmo Pactio Archiepiscopo Florentino dicavit *Ioviani Pontani* de Prudentia Libros quinque, qui Florentiae prodierunt typis *Philippi Iuntae* anno MDVIII. 8. Videnda est Epistola nuncupatoria, in qua se *Bernardi Oricellarii* alumnum vocat; quin etiam ex ea discimus, ociandi, ac visendi caussa Neapolim *Corsium* concessisse, ibique cum *Pontano* aetate iam consumpto, amicitiam iniisse.

Inter Opera *Francisci Catanei Diacetii* Basileae A. MDLXIIII. fol. pag. 130. legitur *Francisci Catanei Diacetii Panegyricus* in Amorem ad *Ioannem Corsium*, ac *Pallantem Oricellarium*, praevia ad eosdem Epistola nuncupatoria.

Vitam *Marsilii Ficini* praeceptoris sui eleganter descripsit, quam ego nuperis annis publica luce donavi cum hoc titulo: *Commentarius de Platonicae Philosophiae post renatas litteras apud Italos instauratione, sive* Marsilii Ficini *vita auctore* Ioanne Corso *Patricio Florentino eius familiari & discipulo &c. Pisis apud* Augustinum Pizzorno M.D. CCLXXI. 8. pag. 80. Praefatione non computata paginarum XVI.

Adservatur in Biblioth. *Magliab. Plutarchi* Liber, qui inscribitur: *Quomodo quis possit ab inimicis iuvari*, e graeco in latinum sermonem conversus ab *Io. Corsio* MS. in 4. (1).

CRE-

---

(1) Memoratur ab *Io. Cinellio* cum additionib. *Ant. Mar. Biscioni* in Etruria litterata MS. in *Magliab.*

CRESCIVS NICOLAVS.

Nicolaus *Crescius* (1) Monachus Cisterciensis, forte filius fuit *Laurentii Crescii*, cui *Christophorus Landinus* heroicum carmen dicavit, cui

F

(1) In *Marciana* Bibliotheca inter Mss. Codices, tres reperiuntur, titulo *Il Priorista fiorentino* insigniti, ac numeris 358. 371. & 372. distincti; in ipsorum primo, qui est in fol. max. quique ea omnia continet, quae in aliis duobus in 4. describuntur, haec de Familia *Crescia* adnotata legas pag. 167. post stemma eiusdem Familiae.

Quartier S. Gio.

Tommaso di Bartol. Fede. ——— *Nov.* 1350.
Et postea multis aliis interiectis, quorum nemo dignitate Signiferi vulgo *Gonfaloniere* fuit potitus, sequitur:
Andrea di Cresci di Lorenzo di Cresci. Marzo 1455.
Andrea detto ——————— *Mar.* 1462.
Andrea detto ——— G. ✠ ——— *Sett.* 1467.
Andrea di Cresci di Lorenzo ——— *Genn.* 1473.
Andrea detto ——— G. ✠ ——— *Genn.* 1478.
Ultimus vero, quem reperio eiusdem Familiae in eodem Codice est:
Lorenzo di Giov. di Cresci Cresci ——— *Apr.* 1526.
Unde colligitur, quod circa id tempus haec Familia fuerit extincta; Codex enim progreditur usque ad annum 1629. & amplius. In altero *Priorista* pag. 362., paucis immutatis, eadem ferme leguntur. Incipit & ipse *Tommaso* di *Bartolo Fede* di Cresci 1350. cetera non transcribo, quum diversitas adeo sit parvi momenti, ut nihil rei addat, vel minuat. Multa de eadem Familia congessit *Dominicus Mar. Mannius Osserv. storiche sopra i Sigilli ec.* T. IV. p. 122. seq.

titulus *Asinarii Montis descriptio* (1). In eadem Familia eodem tempore *Andreas* quoque *Crescius* inclarescebat, Sarzanensium Praefectus, ad quem Epistolas breviores quinquaginta, ex pluribus suis excerptas, misit *Antonius Hyvanus* Sarzanensis (2). Delectabatur autem iste optimis codicibus conquirendis, quorum nonnullos dedit muneri *S. Mariae Magdalenae* Sacello & Hospitio, sito in planicie Munionis fluminis, ab eodem A. MCCCCLXXVII. aedificato, ut testatur *Robertus* Monacus (3), & ex eo *Seraphinus Razzius* (4) qui tamen omnes in Marcianum Ordinis Praedicatorum Coenobium Florentiae paullo post transiere, nempe A. MCCCC LXXIX. ut ex *Vbaldini* Annalibus mss. sui Ordinis sub eodem anno deprehendimus.

Noster autem *Nicolaus* maiorum suorum exemplis excitatus *Severinum Boethium* de Philosophica consolatione Anno MDVII. recensuit, pereleganti Epistola nuncupatoria ad *Antonium Lanfredinium* Florentinum, Civem illustrem, in qua, *rogatus*, inquit, *ut hunc ipsum* Boethii *librum emendarem ac pristinae integritati, quoad possem, restituerem, id eo libentius feci, quod materia, de qua agebatur, ea profecto est, quae religiosum virum maxime deceat.*

---

(1) Illud in medium extuli in meo specimine Litterat. Flor. Saec. XV. Tom. II. pag. 37.
(2) Mss. reperiuntur in Cod. chartac. in 4. Biblioth. *Magliab.* Cl. VIII. n°. X.
(3) Parte I. Annal. Mss. in Biblioth. S. Marci Flor.
(4) Chronic. Rom. Prov. Ord. Praedic. pag. 104.

DOMENICHI LVDOVICVS.

Ludovicus *Domenichi* Placentinus ſaeculo XVI. ineunte clarus, aptum ad poëſim ingenium a natura conſequutus, quamvis Iuriſprudentiae in prima aetate operam navaſſet, etruſcis rhythmis muſas exercuit, & plurimum in vertendis e graeco, & latino ſermone veterum & recentiorum Scriptorum operibus inſudavit. Obiit, ſi fides praeſtanda eſt *Alexandro Ziliolo*, Anno MDLXIV. annos natus circiter quinquaginta (1).

Rem habuit Florentiae cum fidei Quaeſitore, & licet nihil eorum, de quibus accuſabatur, etiam tormentis adhibitis, ex illius ore elici potuiſſet,

(1) Extat liber, cui titulus: *Rime di diverſi Autori in lode di* Lucrezia Gonzaga *Marcheſana. In Bologna per* Gio. Roſſi MDLXV. in 4.

Dormius Bononienſis in dedicatione huius Libelli eidem *Lucretiae Gonzagae* mortem innuit *Ludovici Domenichi* his verbis: *E veramente tal carico ſopra di me con buono animo preſi, non perchè io mi giudicaſſi ſufficiente a portar tanto peſo, ma principalmente confidando nella corteſiſſima natura dei due primi lumi d' Italia. L' uno il Sig.* Lodovico Domenichi, *della cui morte pochi giorni ſono, con grandiſſimo diſpiacer di tutti i virtuoſi, e letterati, e mio particolare, ſi è inteſo. Era veramente degno così nobile ſpirito di ſtar più lungamente con noi, e poteva per l' età ſua ſtarci, che non paſſava ancora il cinquanteſimo anno ec.* Data eſt Epiſtola Bononiae die XX. Octobris MDLXIV. Eo ipſo igitur anno e vivis exceſſit *Dominichus*, & a *Dominico Maria Mannio Illuſtrazione del* Boccaccio pag. 215. id Piſis eveniſſe edocemur. In hac collectione quatuor occurrunt *Dominichi* Italica Epigrammata, vulgo *Sonetti*.

fuit nihilominus ad perpetuum carcerem damnatus, ut refert *Apostolus Zenus* (1) Scriptor accuratissimus, a quo postmodum iussu *Cosmi I. Medicei* Etruriae Ducis, interpositis *Paulli Iovii* officiis, liberatus fuit. Idem *Zenus* nobis graphice describit duo numismata in eius honorem cusa (2). In primo ex una parte eius effigies barbata visitur, ex altera virilis figura nuda, *Milonem* Crotoniatem exhibens, quae taurum ingentem humero substentat, adscripto emblemate MAIUS PARABO; aliud autem numisma, opus *Dominici Pogginii*, praeter effigiem, in exergo repraesentat vas plenum floribus, tactum a fulmine, non tamen combustum, adscriptis graecis verbis ΑΝΑΔΕΔΟΤΑΙ ΚΑΙ ΟΥΚΑΙΕΙ.

Petri Arretini amicitiam constantissime excoluit; sed non ita res evenit cum *Antonio Francisco Donio*, quocum in ultimo vitae suae termino, aliquid intercessit, quod contrarium ostendit; nam

---

(1) *Biblioteca dell' Eloquenza Italiana di Monsig.* Giusto Fontanini ec. *Venezia per* Gio. Battista Pasquali MDCCLIII. Tom. II. pag. 300. Alessandro Zilioli *nella Istoria non mai uscita alle stampe delle vite dei Poeti Italiani, stese per lo più da lui, a imitazione degli Elogi del* Giovio, *anzi per dirne male, che nò, venendo a ragionar del* Domenichi, *dice che dalla Inquisizione di Firenze fu trattenuto ed esaminato; e benchè posto ai tormenti, non confessasse alcuna di quelle cose, delle quali era imputato, e per chiarissimi indizi convinto, fu condannato a perpetuo carcere nelle Stinche, donde poi il Duca* Cosimo I. *fe liberarlo a istanza del* Giovio.

(2) Loc. cit. pag. 301. Clar. autem *Mazzuchellius in* Museo suo numismatico Tom. II. Tab. LXX. haec duo numismata aeri incisa exhibet & illustrat.

in prima editione libelli inſcripti: *La prima Libreria del* Doni Venetiis apud *Iolitum* MDL. De *Dominico* noſtro perhonoriphice loquutus eſt, quemadmodum etiam de Operibus ab eo vulgatis; ſed in poſteriori editione anni MDLV, eius nomen omnino delevit, immo ipſi plagii & ignorantiae notam inurere minime dubitavit.

Orlandum Boiardi in meliorem formam redegit Venetiis MDXLVIII. 4. Italice vertit *C. Plinii* Secundi Naturalem Hiſtoriam, *Boëthium* de Philoſophica Conſolatione, Elogia, & Hiſtoriam *Paulli Iovii*, *Polybium*, *Xenophontem*, decimum *Maronis* Aeneidos Librum, Libros tres de Pictura *Leonis Baptiſtae Alberti*, tres D. *Auguſtini* Tractatus de Gratia & libero arbitrio, deque dono perſeverantiae. Multas Praefationes libris a ſe editis, in *Iuntina* praeſertim Typographia, praemiſit, & verſionem *Apuleii* ab *Angelo Florentiola* adornatam ſupplevit.

Scripſit vitam *Ioannis Matthaei Bembi*; ſed exactiſſimum eius Operum Catalogum eruere potes ex Bibliotheca Italicorum Scriptorum *Iuſti Fontanini* cum additionibus *Apoſtoli Zeni*, ubi Tom. cit. pag. 338. ingenue fatetur: *Niuno ſarà per negare, che il tante volte mentovato* Lodovico Domenichi *ſiaſi renduto benemerito della volgar lingua, e delle buone lettere, non ſolo colla pubblicazione dei propri componimenti, ma con quella ancora delli ſcritti di tanti valentuomini, che a lui facean capo e ricorſo.* Libri autem, eo curante impreſſi, ferme omnes recenſentur in Bibliotheca *Smitiana* Venetiis per *Io. Bapt. Paſquali* MDCCLV. 4. pag. 152.

FRANCINVS ANTONIVS VARCHIENSIS.

Antonius *Francinus* Varchienſis ſenior, graecarum litterarum cultor eximius quamplurimos tum graecos, tum latinos auctores ſuis lucubrationibus caſtigatos, ad fidem Codicum Florentinorum, e typis *Iuntarum* excudendos curavit. Eius nomen occurrit primum Anno MDXV. in *Suetonii* Vitis XII. Caeſarum. Inde Anno MDXVII. in *Curtio*, A. MDXIX. in *Aſconio Pediano*, *Pomponio Mela &c.* Itinerario *Antonini &c.* ad fidem antiquiſſimi Codicis longobardis litteris exarati reſtituto, itemque in *Homero*, & *Claudiano*, quibus addidit A. MDXX. *Virgilium*, quem *Andreae Daxio* dicavit, *Heſychii* Dictionarium cum *Stephano* de Vrbibus, nec non *Ioviani Pontani* Opera ſoluta oratione conſcripta, ac ſex voluminibus comprehenſa. Exinde A. MDXXI. *Iulii Pollucis* Vocabularium Graecum in lucem extulit, ac *Thomae Linacro*, Angliae Regis medico nuncupavit, epiſtola ſatis eleganti, in qua prae reliquis haec ſunt notanda: *Quum itaque aureum diſciplinarum ſaeculum rediiſſe videamus, volumus & nos aliquo pacto ad ſummum diſciplinarum apicem tendentibus prodeſſe, & ob id quamplurimos tum graecos, tum latinos auctores noſtris lucubrationibus caſtigatos excudendos curavimus.* Huic addenda *Alexandri Aphrodiſienſis* in Priora Analytica *Ariſtotelis*, & in Sophiſticos Commentaria. Eo curante Anno MDXXII. *Herodiani* Hiſtoria lucem adſpexit, & A. MDXXV. *Ariſtophanis* Comoediae IX. cum Commentariis antiquis graece. Sedulam etiam operam *Varchienſis* poſuit in caſtigando *Priſciano* Anni MDXXV. in *Theodori* Grammatica Graeca A. MDXXVI., & in *Valerio Maximo* eiuſdem anni. Praeterea eo curante A. MDXXVII.

P. Cornelii Taciti ab exceſſu *D. Auguſti* Hiſtoriarum libri quinque nuper inventi, cum reliquis eius Operibus maxima diligentia ſunt excuſi, necnon inſequenti anno, menſe Decembri *Ovidii* Amores, aliaque eiuſdem Opera, Praefatione deſtituta, in publicum prodiere. Eodem tempore, quo *Iuntarum* typographiae praeerat, nobiles aliquot iuvenes *Francinus* inſtituebat, cuius rei teſtimonium adfert *Salvinus Salvinius* in Faſtis Conſularibus Academiae Florentinae, ubi de *Philippo Meliorio* verba facit pag. 10. Ex libro enim mſs. in quo *Meliorius* vitae ſuae memorabilia adnotabat, ſe ex eo graecas, latinaſque litteras didiciſſe ingenue fatetur: *L' anno* (inquit) MDXIX. *ritrovandomi pur da molti giovani da bene, e molti letterati, mi vergognai di me, di avere perduto quel che avevo imparato nelli anni teneri, & ritornai, perchè così mi biſognò fare, a rimparare la Grammatica da capo, & rifare e latini per li attivi, & con* Giovanbatiſta Gelli, *tuttadue grandi, ritornai a imparare quelle poche lettere, che mi ſono reſtate, e che mi anno fatto infinito giovamento, da Ser* Antonio Francini *allora correttore delle ſtampe con li Eredi di* Filippo *di* Giunta, *il quale molto amorevolmente ne inſegnò, e all' oſſa del quale io mi tengo grandemente obligato.*

Id ipſum ipſe *Ioannes Baptiſta Gellius* confirmavit in Epiſtola dedicatoria *Philippo Meliorio* praemiſſa *Euripidis Hecubae*, e graeco latine verſae ab *Eraſmo*, & ab ipſomet *Francino* Italicis verſibus redditae, his verbis: *Io te ſopra tutti gli altri ſtimo, il quale per tua umanità, di perfetta amicizia meco ti ſiei conlegato: di perfetta dico, perchè neſſuna altra origine à avuta, che per avere inſieme felicemente ſotto la iſtituzione di* Antonio Fran-

cini, *come sai, agli studi dato opera, nei quali, come* Marco Tullio *afferma, ogni forza di vera amicizia è posta &c.*

Tandem anno circiter MDXXX. Venetias se contulit, ubi graecas litteras publice professus est (1), operamque suam sedulam, & fidelem *Lucae Antonio Iuntae* praestitit. Habemus enim in nostra privata ad Fesulas Bibliotheca *Aristotelis* Ethica ex interpretatione *Io. Argyropyli*, & cum expositione *Donati Acciaioli* A. MDXXXV. in lucem emissa cum hoc titulo: Aristotelis *Stagiritae Peripateticorum Principis Ethicorum ad* Nicomachum *Libri decem*, Ioanne Argiropylo *Byzantio interprete, nuper recogniti, & cum* Donati Acciaioli *Florentini viri doctissimi Commentariis castigatissimis, nunc primum in lucem editi. Venetiis in officina* Lucaeantonii Iuntae *Florentini*. MDXXXV. *Mense Februario* fol. pag. 205. Prolegomena pag. 6. Inter quae sequens Epistola:

Raymundo Turriano Veronensi viro magnanimo

Antonius Francinus S. D.

Quanta mihi cum Io. Baptista Rhammusio, *viro optimo, tibique arctissima necessitudine atque familiaritate coniuncto, amicitia intercedat*, Raymunde *ornatissime, tu ipse proximis diebus, quum Venetiis Veronensis Reip. propter singularem prudentiam tuam Legatus, aliquot dies es commoratus, facile*

---

(1) Eius discipulus fuit *Franciscus Sansovinus*, ut ait in Epist. ad *Io. Phil. Magnanimum: Gustai parimente la lingua greca sotto* Antonio Francino da Monte Varchi &c. Vid. *Il Segretario* del med. *Sansovino* pag. 219.

cognoscere potuisti: Is quum sciat me iamdudum, veteres nonnullos imitatum, ad recognitionem Romanae Graecaeque linguae Scriptorum curam omnium pulcherrimam, licet alicui fortasse non item esse videatur, animum operamque convertisse, saepissime, & tuo etiam nomine, efflagitavit, efflagitandoque est adhortatus, ut Donati Acciaioli, *Florentini, viri doctissimi, in* Aristotelis *Ethicorum ad* Nichomacum *Libros Commentaria, olim Florentiae perperam, nullaque diligentia excusa, castigarem, castigataque ad communem studiosorum utilitatem excudenda curarem. Ego vero cum manuscriptum Codicem, qui mihi ad hanc rem alicui esset adiumento, nullibi invenire possem, sciremque haud aliter aliorum scripta manca suisque numeris perturbata, ad veram lectionem restitui posse, huiusmodi provinciam aggredi numquam sum ausus: tandem Librum, dum adhuc* Donatus *viveret, Florentiae scriptum apud* Federicum Valaresium, *Patritium Venetum, virumque eruditum nactus, hunc cum eo qui olim excusus fuit, summa diligentia contuli, quibus conferendis quot loca, quae adeo inversa erant, ut nullus inde verus posset elici sensus, castigaverim, suaeque integritati, & verae lectioni restituierim, quilibet facile cognoscet, qui nostrum hunc cum ceteris contulerit; tuque in primis, qui in haec studia adsidue, & non immerito incumbis, quem ea sint, quibus nullum maius hominum generi munus a Diis sit tributum, & ob id harum rerum acerrimus es perscrutator & iudex, iudicare poteris. Haec autem Commentaria, in suam formam restituta, cum textu qui ab* Argyropylo *est latinitate donatus, novo quodam ordine diligenter excusa, nomini tuo,* Raymunde *suavissime, more maiorum, qui sua scripta, vel etiam aliorum a se castigata, alicui viro principi nuncupabant, dicanda censuimus;*

tum ut amicitia, quae inter nos modo exorta est, hoc pacto radices suas profundiores producat; adeo ut haud facile evelli possint; tum quia nobilissimae Turrianae *familiae, tot clarissimis viris illustri, & praesertim patre, fratribusque tuis omni doctrinarum genere ornatissimis, tamquam omnium disciplinarum altrici, debentur litteratorum vigiliae: Omitto hoc loco summum ingenium tuum, egregiam Romanae linguae eruditionem, suavissimos mores humanitatem singularem, quibus omnibus frequentissime uteris ad promerendam hominum gratiam; eorum praesertim, qui aliquo genere virtutis ceteros antecellunt, cuius rei unus pro multis nobis sit testis* Hieronymus Fracastorius, *vir & moribus, & doctrina numquam satis laudatus, cum quo familiarissime versaris; omitto, inquam, nam maiori praeconio, quam hoc brevissimo librorum titulo, laudes tuae, tuorumque celebrandae forent. Hoc unum, ne longior sim, dixisse velim, quod de* Antonio Francino *tantum tibi pollicearis, quantum de amicorum optimo, munusque hoc nostrum suscipias, nostri in te amoris testimonium. Vale, longumque tibi, & amicis vive.*

Idi. Febr. Venetiis.

Idem *Francinus* nitidissimam *Homeri* Operum editionem duobus voluminibus in 8. publica luce Venetiis donavit A. MDXXXVII. quibus hanc Epistolam praemisit:

An. Fran. ad Lectorem.

Consueverunt antiquitus prudentissimi illi viri semper alicui summo Principi lucubrationes dicare suas, id quod & a nobis usque in hanc diem saepissime factitatum est; nam vigilias nostras, qualescumque illae fuerint, in purgandis bonis auctoribus, hacte-

nus alicui Principi viro ſemper dicavimus. Verum quum hoc ipſo tempore videam, Principes, poſthabitis bonarum litterarum ſtudiis, animum ad arma vertiſſe, ego quoque aliud cepi conſilium, tibique, amiciſſime & humaniſſime lector, hos in Homeri *recognitione labores nuncupandos cenſui. Illud tamen ſcias, quod alias Florentiae hunc eumdem emendavimus poëtam, atque ut ut potuimus, pro eo tempore, purgatum ad communem emiſimus utilitatem. Nunc vero nacti Venetiis vetuſta, & magis fide digna exemplaria, hunc rurſus caſtigatiorem, & pene dixerim abſolutum imprimendum ſuſcepimus. Sed tu illud mihi fortaſſe tritum & vulgatum obiicies dictum:*

Laudat mercator, quas vult extrudere merces.

Quapropter perlege hunc primo, humaniſſime lector, deinde non ex noſtra commendatione, ſed ex iudicio tuo ſententiam feras. An vero ſartum, tectum, quod aiunt, habiturus ſis, id minime adfirmare auſim; ſed ſcio equidem, & tu re ipſa id cognoſces, te, neque purgatiorem, neque emendatiorem antehac habuiſſe nullum. Itaque hunc libentiſſime accipe, & meliora in diem, Deo adnuente, a nobis exſpecta. Vale.

Tum ſequitur *Andreae Dactii* quod innuimus infra in recenſione editionis Florentinae in aedibus heredum *Philippi Iuntae* A. MDXIX. Graecum Epigramma.

An Venetiis, an alibi vitam cum morte commutaverit, haud mihi compertum eſt.

GADDIVS IOANNES.

G*addius Ioannes, Thaddaeo* patre, magnae in Republica auctoritatis viro, lucem adſpexit Florentiae die XXII. Aprilis anno MCCCCXCII. A pri-

mis adolescentiae suae annis in studio virtutis, bonarumque litterarum adeo profecit, ut Romam profectus, Cubiculi Apostolici Clericus Decanus (1), ac Pontificius Commissarius fuerit renunciatus (2). Quum gravissima illi negocia componenda inter Pontificem, Francorum Regem, atque Aurelianensium Ducem fuissent a Florentina Republica imposita, haud facile dictu est, qua dexteritate, & gloria muneris sui partes expleverit. In difficillimis siquidem rebus adhibitus nihil habuit antiquius, quam ut candore, probitate, & comitate omnium sibi benevolentiam conciliaret.

In omnigena eruditione excolenda, & in lectissima sibi Codicum manu exaratorum, ac veterum editionum refertissima Bibliotheca comparanda (3) totus incubuit. Hinc factum est, ut Romae eius aedes positae in Via *Iulia*, in Regione

---

(1) Ita seipsum nuncupat in Praefatione Italicis Poëmatiis *Ludovici Martelli* a se editis praemissa, quae ita inscribitur: Gio. Gaddi *Cherico della Camera Apostolica a lo Illustrissimo, e Reverendissimo Monsignore il Sig. Cardinale (* Ippolito *) de* Medici *unico Signor suo*. Utor editione Florentina apud *Bernardum Iuntam* M. DXLVIII. 8.

(2) Vide *Guazzum*, *Nardium*, & *Varchium* in Historiis; quorum postremus lib. IX. haec addit: *e nondimeno non vi mancano delle famiglie, le quali mettono tavola, & vivono splendidamente da Gentiluomini; come gli* Antinori, *i* Bartolini, *i* Buonromei, *i* Tornabuoni, *i* Pazzi, *i* Borgherini, *i* Gaddi, *i* Rucellai, *e tra'* Salviati Piero d'Alamanno *con alcuni altri*.

(3) Exstant adhuc Codices aliquot eius nomine insigniti, ut Plut. LXXXIX. Sup. membr. in fol. num. XLV. & num. XLIX. LI. &c.

Arenulae (1), Musarum, & bonarum artium domicilium ea tempestate dicerentur, & essent. Hinc *Ioannes Evangelista* non obscuri nominis poëta cecinit:

Principibus placui Gaddis, *sub numine in aula*
Vivere me quorum septima vidit hiems.

Annuis stipendiis doctos quosdam viros sibi devinxit, quos inter excelluit *Hannibal Carus*, quem sibi a secretis adsciverat, quique tum egregiis epistolis, tum carminibus elegantissimis *Ioannem* ipsum summopere celebravit (2). Maxima quoque inter ipsum, ac *Ludovicum Martellium* necessitudo intercessit (3), quumque Neapoli fuisset *Ludovicus* immatura morte praereptus, eius italica Poëmatia studiose collegit, ac Cardinali *Hippolyto Mediceo* nuncupata, typis mandari curavit (4); inter quae pag. 65. in laudem *Gaddii* nostri sequens legitur:

---

(1) *Iac. Gaddius* in Tract. Historico de sua Familia pag. 40.
(2) *Gaddius* in Elog. Florent. typis *Amatoris Massae* MDCXXXVII. 4. pag. 250.
(3) *Iac. Gaddius* Parte II. de Scriptor. non Eccles. verbo *Martellius*. Praefationem *Io. Gaddius* praemisit italicis *Lud. Martellii* Carminibus. *Firenze appresso* Bernardo Giunta, *di Maggio nel* MDXLVIII. 8.
(4) Prima horum Carminum editio facta est *In Roma per* Anton Blado *d' Asola nell' anno* MDXXXIII. 8. Hanc editionem rarissimam esse adfirmat *Apostolus Zenus* in Adnotationibus ad Bibliothecam italicae Eloquentiae *Iusti Fontanini*, Venetiis MDCCLIV. 4. apud *Ioannem Baptistam Pasquali* pag. 58. not. 2. ubi tamen perperam tradit *Ioannem Gaddium* fuisse postmodum Cardinalem.

Gaddo, io men vò lontan da' patrii liti,
Et da voi, mio ſoſtegno, & mio conſiglio;
Sol perchè in queſto mio gravoſo eſiglio
Non ſia chi mi conſoli, o chi m' aiti.
Deh com' oggi ſiam noi da noi rapiti,
Io forſe a morte, e voi certo a periglio,
Sovr' al Tebro, cui muove a far vermiglio
Gente, peggior ch' Antropofagi, & Sciti!
Ma poſciachè 'l deſtin ſi fugge indarno,
Ciaſcun ſoffriſca umil, dovunche e' ſia,
Fortuna, o buona, o rea ch' ella ſi moſtri.
Voi ſe tornate mai vicino a l' Arno,
Et veggiate talor la Donna mia,
Moſtratele il cor mio negli occhi voſtri. (1)

Eidem quoque *Gaddio* debemus *Cyri* Perſarum Regis vitam, cuius manuſcriptum Codicem poſſidebat, italicae datam linguae ab *Iacobo* celeberrimi *Poggii* filio, quae cum ipſius *Gaddii* Praefatione in lucem prodiit (2). Auctor eſt *Ioannes Cinellius* (3) exſtare in Bibliotheca *Strozziana* Flo-

---

(1) De hoc Carmine in Praefatione citatae editioni praemiſſa idem *Ioannes Gaddius* haec habet: *& un Sonetto, che alli giorni paſſati mi venne alle mani ſcrittomi da lui (ſecondo che ſi può conſiderare) nel partirſi di Roma, dove poco avanti la rovina di quella ultimamente lo viddi, per il quale V. Illuſtriſs. & Reverendiſs. Signoria potrà vedere quanto egli foſſe preſago & di quel flagello, & della ſua corta vita &c.*

(2) In Firenze per li heredi di *Philippo* di *Giunta*. A dì XXII. d'Aprile MDXXI. 8. & Venetiis per *Gregorium* de *Gregoriis* MDXXIV. 8.

(3) *Toſcana Letterata MS.* in Bibliotheca *Magliabech.* Tomo I. pag. 739.

rentiae eius Orationem manuſcriptam, habitam in Nativitate S. *Andreae*. Inter Epiſtolas ad *Petrum Arretinum* ſcriptas, & Venetiis impreſſas anno MDLI. per *Franciſcum Marcolinum* Foroiulienſem duae exſtant *Ioannis Gaddii*, ex quibus eruitur quanta inter utroſque conſuetudo, & ſtudiorum, ac poëmatum communicatio intercederet. Data eſt prima Romae die XV. Maii anno MDXXXVI. ingeniique, ac ſalium plena eſt; in altera *Arretino* gratias agit, quod ipſi dono miſerit Numiſma ſui effigiem praeſeferens. Inter eiuſdem vero *Arretini* litteras (1) una exſtat ad *Joannem Gaddium*, ex qua conſtat ipſi *Gaddio Arretinum* miſiſſe *una tela d'oro teſſuta di giallo = la quale è opera ricca, e bella; e ſi vorrebbe che non foſſe bella, e ricca; ſendo coſa di voi, che ſiete ricco, e bello. Ma dove ſe udì mai più, che uno appena veſtitoſi l'abito di Prelato cominci a dare, e non a torre? Io ſtupiſco più di ciò, che di Meſſer* Giulio *de'* Medici, *diventato ſuperbo Pontefice, di umile Cavaliere &c. Di Vinegia il* VII. *di Ottobre* MDXXVIII. Prodierunt etiam *Nicolai Machiavelli* ſermones (2) Romae MDXXXI. quibus praecurrit *Bladi Aſulani* Epiſtola ad *Ioannem Gaddium*, quae ita ſe habet:

---

(1) *Lettere di* Pietro Aretino. *Parigi appreſſo* Matteo il Maeſtro MDCIX. 8. *Tomo I. pag.* 14.

(2) Titulus eſt: *Diſcorſi di* Niccolò Machiavelli *Cittadino, & Segretario Fiorentino ſopra la prima Deca di* Tito Livio, *a* Zanobi Buondelmonti, & *a* Coſimo Rucellai. *Con gratie, & privilegi di N. S.* Clemente VII. & *altri Prencipi, che intra il termino di X. anni non ſi ſtampino, nè ſtampati ſi vendino, ſotto le pene, che in eſſi ſi contengono.* MDXXXI. 4. In fine: *Stampati per* Antonio Blado d'Aſola.

Al Molto Reverendo Monsig. M. *Giovanni Gaddi* Cherico de la Camera Apostolica, Padrone, & Benefattore Osservan.

„ Considerando V. S. R. Monsig. mio, la bas-
„ sezza de la mia povera fortuna, & la grandez-
„ za sua, & de' suoi benefici verso di me, ve-
„ drà, che io non ò, con che altro possa in par-
„ te riconoscerla di tanti obblighi, quanti io
„ tengo con quella, che colla gratitudine de l'a-
„ nimo, & questa con nessuna altra cosa, che
„ con i poveri ferruzzi de l'arte mia poterle di-
„ mostrare. Pertanto avendo io stampati gli Di-
„ scorsi di M. *Nicolò Machiavelli* vostro Fioren-
„ tino, sopra la prima Deca di *T. Livio*, ò vo-
„ luto quelli (o per dir meglio la mia fatica so-
„ pra di quelli) indirizzarle, non già per pa-
„ go di quanto le debbo, ma per pegno di
„ quanto tenuto le sono. Il quale obbligo è tan-
„ to, che s'ei non supera la sua liberalità, di
„ certo la pareggia, sendo vero, che ad un po-
„ vero debitore sia assai ricchezza l'esser molto
„ obligato. Et tanto più volentieri glie ne de-
„ dico, quanto più mi pare, che l'eccellenza
„ di questa materia sia conforme a l'altezza de
„ lo spirito suo; & quanto V. S. tiene in quest'
„ opera assai maggior parte di me, sendo ella
„ stata tanto amica, quanto io intendo, de l'au-
„ tore d'essa, & tanto affezionata de le cose sue;
„ & di più sendo tal libro uscito di casa sua, &
„ da gli uomini suoi mandato in luce, & con
„ gran fatica corretto. Perciò che questi Discorsi
„ dopo la morte del padre loro, quasi pupilli
„ rimasi, & privi di quelli tutori, a' quali egli
„ come suoi figliuoli raccomandati, & indiriz-

„ za-

„ zati gli avea (avvegna che fussino da lui di tan-
„ ta virtù, & prudenza lasciati ripieni, che po-
„ tessino instruire i Prencipi, fondar le Repubbli-
„ che, mantener loro gli ordini, & accrescer gl'
„ Imperi) erano venuti nondimeno in l'arbitrio
„ de' pochi, i quali avari de la loro utilità, &
„ invidiosi de l'altrui, a mal grado di loro, ascosi
„ gli tenevano. Et altri, quasi gelosi innamora-
„ ti, le lor bellezze non mostravano; altri a gui-
„ sa de la favolosa Cornice, de le lor spoglie,
„ come di proprie penne, si abbellivano, insino
„ a tanto che pervenuti ne la tutela di V. S.
„ per industria de' suoi liberati, & divulgati si
„ sono. Donde che non altrui, che V. S. & quel-
„ li riconoscono per liberatori, & fautori, & a
„ lei, come suoi liberti, & clientoli s'indirizza-
„ no. A quella dunque ne sappino grado, quelli
„ che li leggeranno, & de la mia fatica, & de
„ l'opera de gli altri suoi, a lei medesimamen-
„ te (a cui dedicate si sono) ne rendino gra-
„ zie. Bene la priego, che si come per lei que-
„ sti Discorsi da gli occupatori liberati si sono,
„ così da calunniatori si difendino. Quanto a la
„ scrittura io mi terrò sempre giustificato con
„ l'originale di propria mano de l'Autore, don-
„ de per benefizio di Monsig. Reverendissimo
„ de' *Ridolfi*, Padron mio, si sono fedelissima-
„ mente cavati. E se per riverenza di quello, si
„ sono ne lo stampare lasciate passare certe po-
„ che cose, che forse da troppo scrupolosi pro-
„ fessori de la lingua non saranno accettate, non
„ mi pare, che ad un tanto uomo se ne debba
„ riveder conto, ne la sua lingua massime, & in
„ quella di cose sì minime. Io per me ò voluto
„ in questo esser piuttosto assai fedele, che trop-

„ po diligente, & creder più a la ſua autorità,
„ che al giudizio d'altrui. A V. S. & a l'umanità de' benigni Lettori ſi conviene tener lui difeſo, & aver me per iſcuſato. Reſta che V. S. ſi degni accettar gratamente queſto picciolo ſegno de l' animo mio, & con eſſo la mia ſervitù, & me medeſimo (ſe degno ne ſono) ricevere nel numero de' ſuoi minimi ſervidori. A quella umilmente quanto più poſſo, di continuo mi raccomando. „

„ In Roma a dì XVIII. d' Ottobre MDXXXI.

Di V. S. R.

Umile Servidore
Antonio Blado d' Aſola Stampadore.

Anno poſtero lucem etiam vidit eiuſdem *Machiavelli* Princeps (1), cui praecurrit Epiſtola nuncupatoria ad eumdem *Io. Gaddium*, quae talis eſt:

---

(1) *Iuſtus Fontaninius Biblioteca dell' Eloquenza Italiana colle Annotazioni di* Apoſtolo Zeno *Venezia per* Gio. Battiſta Paſquali MDCCLIII. 4. pag. 206. de prima *Machiavelli* Operum editione ita loquitur: *Le proſe di* Niccolò Machiavelli *ſi videro la prima volta uſcire dalla ſtamperia Camerale di* Antonio Blado *da* Aſola *in Roma* MDXXXI. *e* MDXXXII. 4. *con un Breve di privativa, conceduto da* Clemente VII. *e ſcritto da* Bloſſio Palladio. *Il* Blado *dedica i Diſcorſi del* Machiavelli a *Monſignore* Giovanni Gaddi, *Cherico di Camera, dicendo che furono eſtratti dal proprio originale ſerbato dal Cardinale* Niccolò Ridolfi. *Il Principe fu da lui dedicato a* Filippo Strozzi, *e le Iſtorie prima dedicate dal* Machiavelli *ſteſſo a* Clemente VII. *qui furono dedicate dal* Blado *a Monſignor* Gaddi.

Al molto Reverendo Monſignore Meſſer *Giovanni Gaddi*, Cherico della Camera Apoſtolica, & Padron ſuo Oſſervandiſſimo.

„ Avendo noi, Reverendo Monſignore, dopo „ i Diſcorſi, & l'Iſtorie del voſtro *Niccolò Machiavelli*, ſtampato ancora con alquante altre „ operette il ſuo Principe, & volendo quello, „ ſecondo il coſtume noſtro, ſotto il nome d'una „ qualche onorata perſona pubblicare, ne occorſe „ ſubito a la mente V. S. R. la quale (ancor che „ forſe non ben degno della ſua grandezza) lo „ piglierà nondimeno volentieri, & con quello „ animo, che io glie lo porgo; & lo difenderà „ da quelli, che per il ſoggetto ſuo lo vanno „ tutto il giorno lacerando sì aſpramente; non „ ſapendo, che quegli, che l'erbe, & le medicine inſegnano, inſegnano parimente ancora i „ veleni, ſolo acciocchè da quegli ci poſſiamo, „ cognoſcendoli, guardare; nè s'accorgono anco, che egli non è arte, nè ſcienzia alcuna, „ la quale non ſi poſſa da quegli, che cattivi ſono, uſare malamente. Et chi dirà mai, che il „ ferro foſſe trovato più toſto per ammazzare „ gli uomini, che per difenderſi da gli animali? „ certo, che io creda, niuno. Per il che laſciando queſti da una parte, & con quegli ch'anno „ più ſincero giudizio parlando, dico, che & eſſi, „ & tutti quegli, che verranno deono eſſer tenuti molto, & obbligati a V. S. R. per la corteſia, & umanità, de la quale, & i Diſcorſi, „ & le Iſtorie da tanti tanto tempo deſiderate, „ ſono finalmente venute in luce: & per l'opera, & diligenza di quegli, che ella tanti, e sì „ eccellenti à in caſa, venute corrette, & emen-

„ date. Et in vero, che ſe alcuno è, che in
„ queſta corrotta età a quello antico, & tanto
„ lodato Mecenate agguagliar ſi poſſa, voi ſiete
„ quel deſſo, il quale di tutte le virtù dilettan-
„ dovi, di tutte avete cognizione, & a tutti i
„ profeſſori, & amatori di quelle ſete non meno
„ favorevole amico, che amiciſſimo fautore, &
„ prontiſſimo donatore. Ma non è ora il tempo,
„ nè ſi conviene a me dire de le innumerabili
„ lode di Voſtra Signoria; ſol dirò io bene, che
„ quanto a la memoria del *Machiavello* s'appar-
„ tiene, egli vi è non meno obbligato per que-
„ ſta opera ſola, che per l'altre due; conciofia-
„ chè di già ſieno ſtati di quegli, che in buona
„ parte tradottola nella lingua latina, l'abbino
„ per ſua mandata fuori in iſtampa, come fa-
„ cilmente potrà vedere chiunche, & quella già,
„ & queſta ora nuovamente a nome voſtro ſtam-
„ pata, ma più tempo à compoſta, leggerà, la quale,
„ ſe non ſarà così pienamente corretta, ſcuſine
„ V. S. & per la brevità del tempo, & per la
„ ignoranza degli ſtampatori foreſtieri. A V. R. S.
„ umilmente mi raccomando, & la prego, quan-
„ to più poſſo, che accettando allegramente il
„ dono da me offertole (qualunque egli ſi ſia)
„ accetti ancor me nel numero degli altri ſuoi ſer-
„ vidori, & amici, ai quali Dio la conſervi lun-
„ go tempo felice, e le dia quel bene, che ella
„ deſidera maggiore. „

„ Di Firenze de li VIII. Maggio de l'Anno
„ MDXXXII. „

In Prooemio (1) Delectorum Virorum ad expurgandum ab omni suspectae Religionis labe *Ioannis Boccaccii* Decameron haec de *Ioannis Gaddii* textu traduntur: „ Di questi il primo si dice esser stato di Messer *Giovanni Gaddi*, molto virtuoso, e cortese Gentiluomo (2) „ Sed fusius de eo Codice loquitur *Dominicus Maria Mannius* (3) his verbis: *Nel quarto grado annoverano i Deputati stessi tre Testi insieme = Di questi il primo fu creduto essere stato di* Giovanni Gaddi, *virtuoso Gentiluomo, morto nel* MDXLII. = *Se non che i Deputati si protestano di non aver quel Testo veduto, bensì averne osservato uno, che con quello fu riscontrato da* Mattio Francesi; *uomo assai noto pur oggi per le sue rime, non meno di quel, che si rendesse cognito in vita per essere stato Cortigiano di* Clemente VII. *e di* Paolo III. *Nel qual Testo riscontrato dal* Francesi, *questo parve a' Deputati d' avere trovato, che vi erano per entro mescolate di molte chiose, e di tali assai ben lunghe, quasi che chi le scrisse volesse scherzare, e far pruova, se sapesse motteggiare anch' egli.*

At dum gravioribus studiis operam daret *Ioannes*, etiam leviora quaedam, honestam animi re-

(1) *Annotazioni, e Discorsi sopra alcuni luoghi del Decameron di Messer* Giovanni Boccaccio, *fatte dalli molto Magnifici Signori Deputati dalle loro Altezze Serenissime sopra la correttione di esso* Boccaccio *stampato l'anno* MDLXXIII. *In Fiorenza nella stamperia de'* Giunti MDLXXIV. 4. pag. 9. t.

(2) Huius Codicis meminit etiam *Io. Cinellius* loc. cit.

(3) *Illustrazione Istorica del* Boccaccio. *in Firenze* MDCCXLII. 4. *pag.* 630.

missionem quaerens, minime negligebat. Idcirco quum egregios inter sculptores illius aevi excelleret *Ioannes Franciscus Rustici*, lepidissimi ingenii vir, cum eo maxima utebatur *Gaddius* familiaritate, ut refert *Georgius Vasarius* in eiusdem *Rustici* vita. Hic autem societatem quamdam instituerat selectorum amicorum, quos inter *Iulianus Medices*, *Ioannes Gaddius*, *Ludovicus Martellius* recensebantur, quorum singuli convivia per annum varia, & splendida, more veterum, exhibebant. *Monsignor* Giovanni (inquit *Vasarius*) *rappresentò coll' ajuto di* Iacopo Sansovino, *d'* Andrea del Sarto, *e di* Gio. Francesco Rustichi *un* Tantalo *nell' Inferno, che diede mangiare a tutti gli uomini della compagnia, vestiti in abiti di diversi Dii, con tutto il rimanente della Favola, e con molte capricciose invenzioni di giardini, paradisi, fuochi lavorati, ed altre cose &c.* (1) Dum autem esset Clericus Decanus Camerae Apostolicae, ac Pontificii Commissarii munere fungeretur, anno MDXXXVI. cura illi demandata est excipiendi *Carolum V.* Imperatorem, Tuneto capto, victoriis onustum, & ut triumphales arcus in eius honorem erigerentur, quod ipse quanta cum dignitate praestiterit, illius aevi scriptores abunde testantur (2).

Sed viro longiore quidem vita digno importuna mors, quum annum aetatis ageret XLIX. Flo-

(1) Vid. *Iacobum Rillium Notizie Letterarie Istoriche intorno agli Uomini Illustri dell' Accademia Fiorentina. Firenze per* Pietro Matini MDXX. *in* 4. pag. 62. seqq.

(2) Vid. *Marcum Guazzum Istorie di tutte le cose degne di memoria &c. In Venezia* MDXL. 4. pag. 144.

rentiae die XIX. Octobris anni MDXLII. & optimorum consiliorum studia, & paratae purpurae honorem intercepit. Gravem ex eius obitu iacturam nobilissimae artes sensere, ac veris propterea lacrymis sua aetas luxit. Demortui corpus consanguinei in maiorum sepulcrum deportandum curarunt, ubi hac adposita inscriptione placidissime requiescit.

IOANNI GADDIO THADDAEI FILIO
CAMERAE APOSTOLICAE CLERICO DECANO
LITTERARVM ERVDITORVMQVE VIRORVM
INSIGNI PATROCINIO CLARO
AD NOMEN ET DIVTVRNAM MEMORIAM
NICOLAVS GADDIVS PATRVO DE SE
SVISQVE BENEMERITO D.
AN. MDLXXVII. ORITVR AN.
MCDXCIII. VII. K. MAI. H. XIII.
OCCVBVIT MDXLII. XIV. K. NOVEM.

Tanti Praesulis interitum deflevit prae reliquis *Hannibal Carus* (1) Italico Epigrammate, quod inc.

Lasso quando fioria l'ultima speme ec.

Multi praeterea honorifice de eo meminerunt, quos inter *Petrus Victorius* in suis ad *Ciceronis* Epistolas emendationibus, Lugduni impressis A. M. DXL. pag. 25. ubi duos allegat Codices, *qui sunt optimi ac liberalissimi hominis* Ioannis Gaddii; & *Benedictus Varchius* Italico Epigrammate, editionis

(1) *Rime del Commendatore* Annibal Caro *in Venezia presso* Bernardo Giunti MDLXXXIV. 4. *pag.* 68.

Italicorum Epigrammatum vulgo *Sonetti* Florentiae apud *Laur. Torrentinum* MDLV. in 8. pag. 88.

IOANNES MONACHVS.

Ioannes quidam Monachus *Iuntis* operam ſuam praeſtitit in corrigendis italicis carminibus *Franciſci Cei* Civis Florentini, impreſſis a *Philippo Iunta* A. MDIII. quibus dedicatio eiuſdem *Ioannis* Monachi praecurrit *Dominico Caniſiano*, eximio Muſarum cultori.

Forte is eſt *Ioannes* ille Monachus Camaldulenſis de *S. Miniate*, cuius epiſtola exhortatoria ad *Angelum Corbinellum* Civem Florentinum, ut diſcedat a lectura Poëtarum, & ſacrae paginae codicibus innitatur, legitur in Cod. chartac. in 4. Saec. XV. Bibliothecae olim *Gaddianae*, nunc *Laurentianae* Pl. XC. ſup. n°. XLI. pag. XLI. de quo in Catal. Codd. Latinor. Tom. III. pag. 560. § VI.

In alio Codice eiuſdem Bibliothecae pl. XC. inf. n°. IX. de quo in cit. Catal. Tom. V. pag. 414. occurrit *Libro di Meſſer* Franceſco Petrarca *de' Rimedi contra fortuna proſpera ec. recato di latino in volgare per Frate* Giovanni da San Miniato *de' Frati di* S. Maria degli Angioli *di Firenze*. Sed quum in fine legatur, Codicem abſolutum fuiſſe die 11. Auguſti A. MCCCCXXVII. (ni error fortaſſe Amanuenſis in anno adſcribendo inrepſerit, ut paſſim evenit) dubitari poſſet, an idem ſit atque ille, qui *Cei* Carminibus Praefationem praemiſit; nisi velimus credere ultimam ſenectutem *Ioannem* hunc Monachum attigiſſe.

IOCVNDVS VERON.

Frater *Iocundus de Omnibono* Veronensis, Ordinis Praedicatorum, lucem adspexit medio circiter saeculo XV. Graece & Latine apprime doctus, in Mathematicis, Philosophicis, ac Theologicis studiis maxime emicuit; Romanarum antiquitatum, & praecipue veterum aedificiorum, tam sacrorum, quam profanorum sedulus perscrutator, & iudex, plura ea de re acerrimi ingenii sui in Gallia, & in Italia monumenta reliquit, quae accurate recensentur a *Thoma Temanza*, *Vite de' più celebri Architetti, e Scultori Veneziani, che fiorirono nel Secolo* XVI. *In Venezia per C. Palese* MDCCLXXVIII. 4. *p.* 54. seq. Substitit diu Lutetiae Parisiorum, ubi vetustos Bibliothecarum Codices diligenter excussit, ut varios veteris aevi scriptores ad novam quodammodo vitam revocaret. Exstant itaque ab eo suppletae *Plinii* iunioris Epistolae, *Cato*, ceterique de Re Rustica scriptores, stratagemata *Frontini*, atque *Aurelius Victor*, de quibus singulis consulendus cl. *Fabricius* in Biblioth. Latina.

Praeterea industriae & laboris plurimum posuit in castigandis C. *Iulii Caesaris* Commentariis, Florentiae in Typographeio *Iuntarum* A. MDXX. impressis, quod ipsemet innuit in Praefatione ad *Iulianum Medicem*, & quidem his verbis: Caesaris *Commentaria, cura nostra emendata in manus eruditorum sub tuo nomine exeunt, quae quanto reliquis, quae hactenus impressa circumferuntur castigatiora sint, cuicumque ea conferre libuerit, cognitu erit facillimum. Ego quidem multum elaboravi, conquisivi multa, tota Gallia, exemplaria &c.* Idem praestitit

in *M. Vitruvii* de Architectura (1); & *Iulii Frontini* de Aquaeductibus Libris restituendis, qui ex eadem *Iuntarum* typographia in lucem exiverunt A. MDXXII. Ad *Iulianum Medicem Leonis* X. P. M. fratrem lucubrationes hasce suas misit *Iocundus*, de quibus cl. Marchio *Ioannes Polenus* in exercitationibus suis Vitruvianis (2) ita opinatur: *Codicum igitur auctoritate usus* (Iocundus) *nonnulla loca emendata fortasse dedit. Sed plurima quidem eum emendavisse ex ingenio minime dubitari posse existimo.*

Obiit anno circiter MDXXX. *Maximiliani* Imperatoris servitio addictus. De eo conferendus *Iacobus Echardus* &c. de Scriptoribus Dominicanis Tom. II. pag. 36. seq. *Niceronius* in limine Tomi XXX. Memorabilium de viris eruditis, *Georgius Vasarius*; atque illustris *Scipio Maffeius* in Tomo II. Veronae illustratae. Eius collectio bis mille circiter Inscriptionum Veterum ad *Laurentium Medicem*; quam laudat *Onuphrius Panvinus* Lib. VI. Antiquitatum Veronensium pag. 167. *Pignorius* in sua tertia symbolica Epistola, & *Politianus* Cap. LXXVII. Miscellan. nondum vidit lucem. In Novellis Litterariis Florentinis A. MDCCLXXII. col. 724. describitur codex membranaceus mirae pulchritudinis dono datus Summo Pontifici *Clementi XIV.* in quo continebatur collectio veterum Inscriptionum *Fratris Iocundi*, cum stemmate *Mediceo*, auro variisque coloribus depicto; unde exemplar ipsum fuisse videtur magnifici *Lau-*

---

(1) Edidit prius *Vitruvium* a se restitutum Fr. *Iocundus* A. MDXI. in fol. Venetiis per *Ioannem de Tridino*.
(2) Patavii per *Ioannem Manfrè* MDCCXXXIX. fol.

rentii Medicei, cuius praecipue hortatu vetera haec monumenta auctor collegit. Aliud eiusdem collectionis apographum exstat in Biblioth. *Magliab.* membr. in 8. saeculo xv. exeunte nitidissime scriptum, quod fuit *Pallantis Oricellarii*. Titulus est: Fratris Ioannis Iucundi *Veronensis collectio Inscriptionum antiquarum*, ad *Ludovicum* de *Agnellis Mantuanum*, *Archiepiscopum Cosentinum*. Praefixa est explicatio notarum antiquarum, quae passim occurrunt in Inscriptionibus. Collectio in duas dividitur partes. Prima complectitur Inscriptiones, quae in Vrbe Roma conspiciuntur, inter quas primum locum obtinet Calendarium vetus in domo *Bernardini de la Valle*. Altera exhibet Inscriptiones aliarum Italiae, Europae, Asiaeque Vrbium: omnes vero numero sunt MCCCCLXXXVI. Vtrique praefigitur parti Epistola nuncupatoria ad memoratum Episcopum Cosentinum in quarum prima ait: *Opus hoc clementiae tuae referri debet acceptum, qui ad id me etiam litteris compulisti, curante* Barptholomaeo Sanvito *tui amantissimo* &c. in altera vero, curam a se impensam in hisce Inscriptionibus colligendis, & in antiquis Scriptoribus emaculandis exponit.

LVCEIVS VERONENSIS.

Nihil de eo memoriae prodidit cl. *Scipio* marchio *Maffeius* in Verona Illustrata, ubi solum citat *Petri Criniti* Poëmata, eo curante, edita (1). Sed utrum Veronae an Florentiae, nobis incompertum est.

(1) En verba cl. Maffeii *Verona illustrata*. *Verona* per Iacopo Vallarsi MDCCXXXII. fol. Parte II. pag. 210.

Typi tamen iidem omnino ſunt, quibus reliqua *Criniti* Opera A. MDIV. & MDV. a *Philippo Iunta* impreſſa fuere (1)

MACHIAVELLVS NICOLAVS.

Nicolaus Machiavellus, Reipublicae Florentinae a Secretis, ex *Bernardo*, *Nicolai* I. C. Patricii generis, Marchiae deinde Anconitanae Quaeſtore, & *Barptolomaea Stephani Nellia* genitus, lucem Florentiae adſpexit die III. Maii, anno MCCCCLXIX. hora IV. noctis (2) Graecae & Latinae lin-

---

in Elogio *Ioannis Cottae: Ben dall' Epiſtola di* Luceio *Veroneſe al* Bembo *premeſſa alle Poeſie di* Pietro Crinito *appariſce, ch' egli procurò la pubblicazione di eſſe. Nel raro libro:* Verſi e Regole della nuova Poeſia Toſcana *veggo un' elegia di queſt' autore da lui ſteſſo reſa in volgare.*

Nè le tue, nè le mie rime cantami, cara Licori,
Suggemi queſta voce nel vago udir l' anima.
Copriti quel volto che ſol mi ſtrugge mirando;
E per gli occhi avidi trammi di ſuror l' anima.

(1) Quum de hoc *Luceio* interpellaſſem cl. *Io. Iacobum Dionyſium*, *Veronenſis* Eccleſiae Canonicum, ſub die XVII. Iulii MDCCLXXXVIII. ita mihi reſcripſit. *Poſt ſupra adlatam* Maffeii *ſententiam ſubiungit: Qui ci laſcia il* Maffei, *ed io non ſaprei che ſoggiungerli, perchè datomi ora ad altro, non ò quaſi più traccia di ſimili coſe. Soſpetto per altro, che queſto nome di* Luceio, *non ſia il vero nome dell' autore, ma un pſeudonimo, come quell'* Angelo Fonteio *Veroneſe, che ſcriſſe quella Lettera al* Menchenio nel 1717. (*è egli il Sig.* Gio. Benedetto Gentilotti) *ſul proſpetto del Codice del P.* Pez.

(2) Primus ego monumenta quaedam anecdota ad *Machiavelli* vitam ſpectantia extuli in Collect. veter. aliquot

guae flores a *Marcello Virgilio* accepit, cuius & notarius, & asseccla publici muneris fuit, ut tradit *Paulus Iovius* (1). Anno circiter MCCCCXCIV. uxorem duxit *Mariettam Ludovici Corsinii*, ex qua suscepit liberos quinque, mares quatuor, feminam unam. Tanta polluit eloquentiae vi, tanta varietatis foecunditate, tanto ingenii acumine, ut iure ab omnibus maxima in existimatione habeatur. Ipse autem natura sua perargutus, & docilis, pedestrem patrii sermonis facultatem a *Boccaccii* conditoris vetustate diffluentem, novis ac plane atticis vinculis adstrinxit.

Complura elaboravit Opera sane egregia, quae in unum collecta, sex in 4°. voluminibus, vulgata nuper fuerunt Florentiae A. MDCCLXXXI. quibus praecurrit eiusdem vita, quae multo uberior esse poterat. Dum adhuc in vivis esset *Machiavellus*, anno scilicet MDXXI. die XVI. Augusti, Typis *Iuntarum* de re militari absolutissimum opus evulgavit, quod postero tempore ex eadem officina alia eius ingenii praeclarissima monumenta sunt subsequuta. Fato functus est die XXII. Iunii A. MDXXVII. Annos natus LVIII. Mens. I. dies XIX. Tanti viri memoria nostra hac aetate revixit, sumptuoso Mausoleo in aede S. Crucis, aere conlato in eius honorem exstructo, in cuius peristylo haec *Antonii Vaccae* Carmina incidi debuissent:

---

quot Monum. Arretii Typis *Michaelis Bellotti* MDCCLII. in 8. pag. XXVII. seq. in Praef.

(1) In Elogiis pag. 162.

Quisquis adis, ſacro flores & ſerta ſepulcro
Adde puer, cineri debita dona ferens;
Nam veteres belli, & pacis qui reddidit artes,
Iampridem ignotas Regibus & populis,
Etruſcae Machiavellus honos, & gloria linguae
Hic iacet: hoc ſaxum non coluiſſe nefas.

MARCELLVS CHRISTOPHORVS.

Christophorus Marcellus, Patricius Venetus, Canonicus Patavinus, Protonotarius *Leonis X.* Pont. & Archiepiſcopus Corcyrenſis, librum edidit inſcriptum, *Rituum Eccleſiaſticorum, ſive ſacrarum Caeremoniarum SS. Romanae Eccleſiae Libri III. Venetiis Gregorii de Gregoriis excuſere* (pro *excudere*) *Leonardo Lauredano Principe optimo*. Venetiis MDXVI. die XXI. menſis Novembris. Fol. (1) Rurſus ſub eodem titulo lucem adſpexit Florentiae per heredes *Philippi Iuntae* MDXXI. 8. (2) Alia eiuſdem *Marcelli* Opera ab *Apoſtolo Zeno* in Diario eruditorum Italiae accurate recenſentur, eaque ſunt (3).

---

(1) Recenſionem huius primae editionis vide Tomo XVIII. *Gior. d' Ital.* Clariſs. *Apoſtoli Zeni* pag. 376 ſeq.

(2) *Ap. Zenus* l. cit.

(3) Conſulendus eſt Cl. *Marcus Fuſcarenus della Letteratura Veneziana. Padova nella ſtamperia del Seminario* MDCCLII. Lib. IV. pag. 365, n°. 86. ubi *Ducangii* errorem in Tom. I. Gloſſarii Lat. reprehendit, & *Giornale de' Letterati d' Italia* Tom. cit. pag. 367. ſeq. ubi Cl. *Apoſtolus Zenus* accuratiſſime de hoc Scriptore ediſſerit, eiuſque apologiam contexit contra *Paridis* de *Craſſis* accuſationes.

Oratio in Funere Petri Baroccii, *Episcopi Patavini. Patavii* MDVII. 4.

Universalis de anima traditionis Opus. Venetiis MDVIII. *fol.*

Oratio ad Iulium II. *Romae.* 4.

Oratio habita in quarta Sessione Concilii Lateranensis. Romae MDXII. 4.

Epistola, in qua Camaldulensis Eremi situs, vitaeque ibi degende ratio, & Alverniae mons luculenter describuntur. *Data Anno* MDXXI. vulgata autem Florentiae MDLVII. 4.

De auctoritate Summi Pontificis, & his, quae ad illam pertinent Libri II. contra Martinum Lutherum. *Florentiae per heredes* Philippi Iuntae MD.XXI 4.

Exercitationes (1) *in septem primos Psalmos. Romae* MDXXIII. 4.

In Psalmum XII. Ibid. MDXXV. 4.

Denique *Quaestiones Philosophicae*.

In taeterrima urbis direptione vitam amisit Anno circiter MDXXVII. ut narrat *Pierius Valerianus* de infelicitate Litteratorum Lib. I.

NICANDER AMBROSIUS.

Ambrosium *Nicandrum* Toletanum iam inde a puero Florentiam venisse, eruitur ab eius Epistola ad *Petrum Victorium* (2) quae ita incipit: *Numquam adduci potuissem, ut ad te ista doctrina,*

---

(1) Vid. *Marcum Fuscarenum* loc. cit. Lib. I. pag. 55. not. 154.

(2) In Epp. Clar. Italor. & Germanor. ad *P. Victorium* a me editis Florentiæ MDCCLVIII. 4. Tom. I. pag. 7.

& dignitate virum tam familiariter scriberem, nisi me tuae illius probitatis, & humanitatis, quam in te iam inde a puero cognoveram, Aloysius Capponius *iuvenis, & eruditus, & tui studiosissimus dudum admonuisset.* Sed clarius ex *Victorii* ipsius responso (1) ad ipsum dato ex agro Decimano, XII. Kal. Sept. MDXLV. quæ fuerint eius vitae primordia cognoscimus. *Accepi tuas kal. Aug. datas* (inquit *Victorius*) *quae mihi multis de causis iucundissimae fuerunt: in primis tamen delectatus sum summo illo tuo in me amore, qui quum a naturae tuae bonitate magis, quam a meritis ullis meis proficiscatur, eo mihi gratior fuit, meque tibi multum obligavit, ac perpetuis vinculis obstrinxit. Recordor sane, te non sine magna ingenii, ac doctrinae fama, multos ab hinc annos Florentiae vixisse cum* Bernardo, *gentili meo, sanctissimo, tuique amantissimo sene; verum aetas, qua tunc eram, fecit, ne officia ulla in te conferre possem, aut fructus aliquos ex eruditione tua capere; quamvis, iam tum puer, studiis iis deditus eram, in quibus postea assidue versatus, aliquis mihi esse videor, postquam a te tantopere dilaudor. Nec tamen me fallit, unde id nascatur, ut modum in laudibus meis praedicandis non teneas: impellit enim te, ut hoc facias, animi tui probitas, antiquusque amor, quo omnem domum nostram diligebas, quae te olim peregrinum hominem recepit, & quibuscumque rebus potuit, ornavit. Fuit certe optimus ille vir, qui te amplexatus est, tuique similium ingeniosorum hominum, ac doctorum admirator praecipuus,* qui

---

(2) Epistolar. *Petri Victorii* Flor. apud *Iuntas* MDLXXXVI. fol. pag. 19.

qui quum sine liberis mortuus sit, patrimoniumque ad alios devenerit, me hanc, quae illius propria erat, amoris tui hereditatem crevisse mirifice laetor. Vellem autem tantam tuam benevolentiam, si possem aliqua re compensare; huic certe rei studebo, ac quantum potero, enitar, ne me in amore vincas.

Quum se in gratiam *Laurentii Medicei* Florentinae militiae Imperatoris insinuasset, humanitatis studia in hoc Florentino Gymnasio professus est. (1) Hinc uti *Mediceae* Familiae addictissimus, anno MDXV. XIX. Martii in exsequiis *Iuliani Medicei*, Ducis Nemursii, heroicum Carmen edidit, praevia Epistola ad *Laurentium Mediceum*. Aliud quoque Poematium in lucem emisit in adventu Florentiam *Ioannis Medicei*, qui paullo post Pontifex Maximus est renunciatus. Hoc eodem tempore, anno videlicet MDXV. mense Martio recognovit *Silium Italicum* eidem *Laurentio Medici* nuncupatum. *Arnoldus Drakenborch* in absolutissima editione Punicorum *Silii Italici* cum notis Varior. Traiecti ad Rhenum apud *Guillielmum Vander Water* MDCCXVII. 4. ubi loquitur de variis eiusdem editionibus pag. 6. hoc de *Ambrosii Nicandri* labore iudicium profert; Martinum *Herbipolensem* (2),

(1) Id ipsemet testatur in Epistola nuncupatoria ad *Laur. Med. Silii Italici* editioni *Iuntinae* A. MDXV. praemissa. Consulenda Bibliotheca Hispana *Nicolai Antonii*, Romae typis *Angeli Tinassii* MDCLXXII. Tom. I. pag. 53., & Biblioth. vetus eiusdem. Tom. I. pag. 372.

(2) A MDIV. Poëtam nostrum edidit.

& Buſchium (1) *proxime excepit* Ambroſius Nicander *Toletanus*, *qui editioni* Iuntinae *anni* MDXV. *praefuit*. *Magnifice hic in Praefatione ad* Laurentium Medicem *teſtatur*, Silium *ſua arte faberrime politum*, *& pervigili cura ſerenitati priſtinae reſtitutum ope vetuſtiſſimi exemplaris Roma advecti*, *atque omnibus maculis deterſum*, *defaecatumque eſſe*. *Verum tantum abeſt*, *ut ſplendida haec dicta factis aequaverit*, *ut potius omnia contraria praeſtitiſſe dicendus ſit*. *Nulli enim Scriptorum*, *qui ex miſerrimo bonarum artium naufragio elapſi monumenta ingenii ad noſtram memoriam propagarunt*, *plura*, *ac ſceleſtiora vulnera inflixit*, *aut foeda priorum temporum barbaries*, *aut infauſta Librariorum inſcientia*, *& audax Criticorum temeritas*, *quam* Silio *intulit inconſiderata huius hominis mutandi prurigo*, *& inſania*, *ut paſsim ex annotationibus noſtris patebit*. *Utinam igitur imitari maluiſſet exemplum* Damiani *cuiuſdam* Beneſſae, *quem reprehendit*, *quod* Silium *a ſe emendatum iactet*, *quum ex illo*, *qui vulgo circumferebatur*, *deſcripſerit*! *Nam ſi ipſe etiam id facere in animum induxiſſet*, *viri docti operae*, *& labori in tot ineptiſſimarum lectionum monſtris exhauriendis*, *quae paſſim invitis Muſis*, *& Apolline terſiſſimo poëtae obtruſit*, *parcere potuiſſent*. *Per* Nicandri *tamen veſtigia incedere libuit poſtea* Franciſco Aſulano, *qui editionis* Aldinae *Anni* MDXXIII. *curam habuit*; *ut editionem* Iuntinam *non vidiſſe exiſtimandus ſit* Barthius, *qui ad* Statii *IV. Thebaid. verſ.* 717. Silium

---

(2) Cum *Buſchii Paſiphili*, natione Weſtphali, Scholiis prodiit iterum *Silius* Baſileae A. MDXXII. & MD. XLIII. & Pariſiis apud *Colinaeum* MDXXXI.

ab Aldo *vel eius correctore plane perditum dicit, quod de* Nicandro *meritissime praedicari potest. In eo tamen a* Iuntina *discessit editio* Aldina, *quod initio Libri octavi* Asulanus *ex* Iacobi Constantii *collectaneis criticis versus quatuor, & octoginta, in Gallia, ut aiunt repertos, primus inseruit. Sed quid de iis iudicent viri docti, videri potest apud* Nicolaum Heinsium *ad* Silii *Lib.* VIII. *vers.* 145. *&c.* In Libello itidem, cui titulus *Salus Italica*, de quo sub A. MDXV. verba facimus, inseritur eiusdem *Nicandri* in laudem salutis Italicae decastichon. In fine *Laureti*, de quo item sub A. MDXV. adiungitur eiusdem epistola ad *Laur. Medicem* in commendationem *Francisci Minervii* Spoletani, qui diversorum illius aetatis Poëtarum carmina collegit in laudem *Laurentii Medicei*, cuius recensionem damus sub A. MDXVI.

Ex supra memorata Epistola ad *Petrum Victorium* data Ancona XV. Kal. Iun. MDXXXIX. eruimus Florentia discessisse *Nicandrum*, forte post expulsos *Medices*, quibus erat addictissimus, & postmodum Anconae munus publice docendi exercuisse. *Venio* (inquit pag. 8.) *nunc ad me. Ego heic a clade Romana, quam Caesariani adtulerunt, hucusque, mercede publica docens, me continui; hoc tamen anno, pueros instituendi labore fastidito conquiescere, meque ad mitiora studia traducere decrevi: cupiebam publicam lectionem in aliqua insigni urbe consequi. Quare te per litteras orare volui, ut si quem isthic locum mihi, post te, esse videris, vel Civitatum finitimarum aliquam opima conditione praeceptorem sibi disquirere intellexeris, des operam, ut id tua adsequi ope valeam; faciam equidem, ne tui te unquam in me officii poeniteat; nemo enim studium, aut officium in te colendo meum desiderabit;*

qua in re, quid confici per te poſſit, plurimum quidem potes, pro tua humanitate me certiorem facere, haud gravabere. Karolus Gundius *iuvenis, & noſtrarum litterarum ſtudioſus, & diſcipulus noſter haud poenitendus, tibi multam ſalutem dicit; huius ego, &* Antonii Vgolini *Quaeſtoris optimi, & integerrimi, &* Bindini Altovitae *liberalitate, mea heic foveo ſtudia: tu ſi me amas,* Ioanni Bulgarino, *iuveni erudito, meis verbis plurimam dices ſalutem.*

Alia Epiſtola data, ut videtur, A. MDXLV. *Ioannem Gondulam Victorio* commendat, ſubiungitque pag. 38. *Is modo, & de meo mihi conſilio gratias agit, & tua nihil ſibi iucundius iſthic conſuetudine perſancte iurat, qui ſuperioribus ad me diebus* Electram *tuam ἐκ τῶν βιβλιοτάφων σκοτίας ſumma cura, & diligentia receptam tuo nomine ad me miſit, quam ego ſtatim avidus perlegi; ſed addidit, ut poſtridie quam adceperam,* Hermodorus Litarchus, *ſumma mihi familiaritate coniunctiſſimus, vir ſane graecus, graecarumque litterarum, ac noſtrarum doctiſſimus, Anconam ab urbe veniret, eſt enim Cardinalis* Salviati *ἀναγνώστης, qui ad me divertit; quumque multa ultro citroque de rebus urbanis dicta eſſent, ad* Electram *venimus, ubi induſtriam ille tuam in complectenda litteraria Republica ſummis laudibus extollebat; cupereque ſe mirifice aiebat, quem ex ſcriptis noſſet, de facie etiam cognoſcere, narrabatque ſui Principis iuſſu chalcographis operam dediſſe, quo limatior, purgatiorque Romae prodiret; quumque eam pomeridianis ſtudiis legerimus, permultis, ac graviſsimis ſententiis refertam deprehendimus.*

In tertia denique data Ancona Prid. Kal. Mai. MDXLVI. *Victorio* exponit, *Ioannem Gondulam*, quem

ipsi pridem commendaverat, ostendisse sibi particulam litterarum ad se *Ioannis Bulgarini*, in qua agebatur de encomio quodam graece scripto *Demetrii* cuiusdam *Diodoti* ad ipsum *Victorium* iterum transmittendo, quod facere distulit, eo quod in gravissimam πλευρίτιδα incidisset.

Alia ad eius vitam magis illustrandam addit *Nicolaus Antonius* in Bibliotheca Hispana loc. cit. pag. 53. videlicet, quod eius Epistola ad *Antonium* quemdam *Barberinum* legitur adiecta quartae Decadi Centuriarum *Amati* Lusitani, data Anconae XIII. Februarii MDLII. in qua quidem civitate humanarum litterarum professorem fuisse eruitur ex nuncupatoria Epistola Tractatus *de Nautis, Navibus, & Navigatione Benevenuti Straccae* Iurisconsulti Anconitani ad *Robertum Nobilem*, cui quidem ad studia alacriter capessenda stimulos addens, *habes* (inquit) *praeceptores optimos, doctissimosque viros, & famae haud obscurae* Nicandrum *Toletanum*, Didacum *Lusitanum*, & Dionysium. Ad ipsius met *Benevenuti* Tractatus *de Mercatura & de sponsionibus Nicander* praefatur versibus, in editione Veneta Anni MDLIII. Exposuit praeterea *Nicander* carmine Martyrium S. *Cyriaci*, Anconitanae Vrbis patroni. Eiusdem tandem Carmen de sacra Aede Lauretana adfertur a memorato *Nicolao Antonio* in Bibliotheca vetere Hispana Tomo I. pag. 373. cuius initium est:

Littore qua Adriaco surgit super aethera moles,
Est ubi perpetuo celebratum in saecula cultu
Templum augustum, ingens, opulentum, & numine matris
Aetheriae, exposcit divini Carmen Homeri. &c.

Quoadusque vitam protraxerit, nobis omnino ignotum est.

NIPHUS AUGUSTINUS.

Augustinus Niphus, sive *Nefus* Suessanus e Tropea in Calabriis oriundus, lucem adspexit Suessae A. MCCCCLXVI. ut ipsemet testatur in Epistola ad *Ioannem Franciscum Areneum*, Arenae Comitem in Commentariis ad Perhermeniam *Aristelis*, in oppido Ioppulis, quamvis *Paullus Iovius* in Elogiis eum in Civitate Tropeae in Calabria in lucem venisse adfirmet. (1) Illud verum est quod Tropeae per aliquod tempus alumnus fuit. Philosophus (2) ac Medicus illustris, Astrologia ac Theologia, graecis & latinis litteris callentissimus evasit, unde in celebrioribus Italiae Gymnasiis, Romae videlicet, Neapoli, Salerni, Bononiae, Patavii Philosophiam per annos fere quadraginta maxima cum laude publice docuit. Ad Pisanam Cathedram adscendit Ordinarius Professor antemeridianus A. MDXIX. cum amplo florenorum aureorum septingentorum ex largis (3) stipendio.

Complures edidit Libros, tum ad Philosophiam, Medicinam, Astrologiam, ac Theologiam, tum etiam ad res politicas, ad ludicras, aliasque disciplinas spectantes; ex iis quae *Iuntinis* typis prodierunt, sunt:

---

(1) *Paul. Iov.* in Elog. n°. 921. *Anton. Balthassar* in Vitis viror. illustr. pag. 7. *Bernardin. Taffur.* in Lib. de Neapolit. Invent. pag. 22.

(2) Vid. *Iacob. Bruker.* Hist. Critic. Phil. Tom. *III.* pag. 104.

(3) Vid. Rotul. praedicti Anni MDXIX. ubi ad triennium. *Steph. Fabruccius* Postrema aetas vet. Pisani Lycei Opusc. XII. §. XXXIII.

Dialectica ludicra tyrunculis atque veteranis utilima. Peripateticis consona, iunioribus sophisticantibus contraria. Florentiae apud heredes Philippi Iuntae MDXX. 4. quae auctor *Ioanni* SS. *Cosmae & Damiani* Diacono Cardinali de *Salviatis* nuncupavit.

De his quae ab optimis Principibus agenda sunt ad Ludovicum, *atque* Elveriam Ferdinandos *de Corduba Principes Suessanos. Florentiae apud heredes* Philippi Iuntae MDXXI. 4.

De falsa Diluvii prognosticatione, quae ex conventu omnium Planetarum, qui in Piscibus continget Anno MDXXIV. *divulgata est Libri III. ad* Carolum V. *Imp.* quem is primum vocat. *Florentiae per heredes* Philippi Iuntae MDXX. 4.

Tanta fuit in existimatione, ut quum prius vix illi centum aurei pro stipendio philosophiae cathedram occupanti darentur, postea mille fuerint constituti. Comitis Palatini dignitate atque equestri insignitus a *Leone X.* Pont. Max. in *Mediceam* familiam fuit adoptatus, facultate ei tradita, ut ipse, eiusque posteri de *Medicis* nuncuparentur, eiusdemque gentis insignia, ac stemmata deferrent. Eam ob causam in aliquibus eius Libris adpellatur *Augustinus Medices* Philosophus Suessanus, in aliis *Augustinus Niphus de Medices* Philosophus Suessanus, quandoque *Eutyches Augustinus Niphus Medices*, Philosophus Suessanus, alibi tandem proprio nomine ac cognomine *Augustinus Niphus* Suessanus.

Obiit Suessae die XVIII. Ianuarii A. MDXXXVIII. quum annum suae aetatis ageret LXIII. eiusque corpus balsamo & aromatibus inlitum in D. *Dominici* templo, in scrineo ex serico nigro contexto repositum est, & sublimi loco conlocatum; etsi *Iovius* affirmet, *eum ab humanis decessisse eadem*

nocte, qua Alexander Medices *Florentiae vulneribus confossus interiit*, quod contigit die VI. Ianuarii MDXXXVII. Exstat tanti viri elegans, venustum, & praegrande numisma, eius effigiem ad vivum expressam exhibens, adscripto *Augustini Niphi* nomine.

Scripsit quamplurima Opera, ex quibus primum Venetiis A. MCCCCXCII. fol. lucem viderunt Libri VI. *de Intellectu, & de Daemonibus*, ibidem postea recusi MDIII. MDXXVII. Caetera recensentur a *Nicolao Toppio* in Bibl. Neapolitana pag. 4. seq. sed plenius & accuratius a *Naudaeo* in Iudicio de *Niphi* scriptis, edito Parisiis MDCXLV. 4. cum Opusculis eius Moralibus ac Politicis; atque inde a *Leonardo Nicodemo* in addendis ad *Toppium* pag. 3. seq.; a *Nicerono* in memoriis Gallice editis de Viris Eruditis Tom. XVIII. pag. 63. seq. & nuperrime in Opere *Bartholomaei Chioccarelli* de illustribus Scriptoribus, qui in Civitate & Regno Neapolis floruerunt. Neapoli ex officina *Vincentii Ursini* MDCCLXXX. 4. Tom. I. pag. 76. seqq. Praeter hosce, de *Nipho* consulendi *Iovius* in Elogiis pag. 171. *Baelius* in Lexico; *C. A. Heumannus* in Actis Philosophor. Parte XVII. pag. 764. seq. & *Cornelius Tollius* de litteratorum infelicitate pag. 426. edit *Menckenianae*.

PANDVLPHINVS INNOCENTIVS.

Innocentius *Philippi* filius *Pandulphinus*, de quo ne verbum quidem invenio in Historia Florentinorum Scriptorum *Iulii Nigrii*, nec in Etruria Litterata MSS. *Ioannis Cinelli*, cum additionibus *Antonii Mariae Biscionii*, vir fuit etrusci potissimum eloquii admodum studiosus; unde quum autographum possideret Italicae versionis *Alexan-*

dri Braccii, Florentinae Reipublicae a secretis, Librorum *Appiani Alexandrini*, de bello Civili Romanorum, eos recognoscere, & *Iuntarum* typis Anno MDXIX. in 8. ad publicam utilitatem in lucem emittere cogitavit, praemisso ad legentes proloquio, de qua editione suo loco mentionem fecimus.

PANDVLPHINVS PHILIPPVS ALEXANDER.

Philippus Alexander Pandulphinus idem esse videtur, ac *Philippus Pandulphinus* (1). Prodiit ex Academia magni *Ficini*, eique epistolam dedit Libri X. Epp. una cum ephemeride anni subsequentis. Auditorem quoque fuisse *Marci Musuri* Cretensis, ut refert *Cinellius Toscana Letterata* cum additionibus *Biscionii in Magliab.* Callentissimum certe graecae linguae fuisse ex eius graeca Epistola, praemissa *Theocriti* Operibus ad *Euphrosynum Beninium* quamapertissime adparet. Haec quae sequuntur Opuscula sub eius nomine circumferuntur.

I. *Orazione recitata l' anno* MDXXVII. *nel deporre che fece la carica di Gonfaloniero della Repubblica Fiorentina* Niccolò Capponi MS. in Biblioth. *Magliab.* (2)

---

(1) *Nigrius* loc. cit. pag. 175. 452. tres *Philippos* effingit, ut recte animadvertit in notis Mss. *Salvinius*, videlicet *Philippos* duos, & *Petrum Philippum*, quum, una eademque persona esse videatur.
(2) *Nigrius* pag. 452.

II. *Orazione recitata al Popolo Fiorentino nel tempio della SS. Nunziata li 28. Gennaio del* MDXXVIII. *MS. ibid.* (1)

III. *Oratio ad* Clementem VII. *Pontificem. Romae apud* Franciſcum Minucium Calvum *menſe Septembri* MDXXIV. 4.

IV. *Oratio in laudem* Marci Antonii Columnae.

V. *Orazione ſopra la creazione del nuovo Gonfaloniere della Repubblica Fiorentina.*

VI. *Orazione recitata nella Chieſa di S.* Lorenzo, *eſortando il Popolo Fiorentino alla difeſa della patria.*

VII. In Codd. Biblioth. *Strozzianae* reperiebatur eiuſdem, initium vitae *Leonis X.* ab eo latine conſcriptae, teſte *Salvinio* in additionibus MSS. ad *Nigrium* S. C.

PHILOMATHES BERNARDVS.

De eo haec mihi reſcripſit amicus Piſanus, patriae hiſtoriae callentiſſimus. Il Sig. Dott. *Tempeſti* ſcrive, che di *Bernardo Piſano* dotto Scoliaſte fece Egli menzione nella *Not.* 63. al ſuo Diſcorſo Accademico ſull' Iſtoria Letteraria Piſana pag. 122. *e ſeg.* citando il *Targioni* nelle Note ad *Epiſt. Claror. Belgar. ad Anton. Magliabech. Edit. Flor.* 1745. *Tom. I. pag.* 157. *& ſeq.* che dice eſiſtere nella Magliabechiana le Opere di *Catullo*, *Tibullo*, e *Properzio*, riviſte e corrette da quel *Bernardo*.

---

(1) *Bernardus Signius* Lib. II. Hiſtor. Flor. hanc Orationem carpit. Vid. etiam Lib. VI. nec non *Gamurrinium* Tom. IV. Nobil. Familiar.

Aggiunge il medesimo Sig. *Tempesti* aver sentito dire dal Sig. Can. *Francesco degli Albizzi* poco avanti la di lui morte, che egli *aveva non pochi Classici da Bernardo illustrati eruditamente*, e lo reputava *il poliistore dei Pisani*. Per conto de' Classici Latini illustrati da Bernardo Pisano io non ho notizia di altri, che di Apuleio, e tal notizia l' ho dal Fabricio *Bibliotheca Latina Lib.* 3. *cap.* 2. §. 8., ove parlando dell' Edizione di Apuleio dice = Florentina 1522. 8°. per Bernhardum Philomethem Pisanum, qui Graeca non pauca ex Codicibus descripsit, & edidit = Queste parole, e specialmente quell' *edidit* danno coraggio di ricercare particolarmente nel detto Fabricio, quali letterarj lavori egli abbia fatto. Io per me confesso di non saperne altro, e dal non essermi nel rivolgere i Classici capitato davanti un tal nome, arguisco, che il fu Sig. Can. Albizzi avesse notizia di altre illustrazioni fatte dal nostro Concittadino; ma che in fatto egli non possedesse tali libri.

Et revera in Bibliotheca *Magliabechiana* adservantur *Catulli*, *Tibulli*, & *Propertii* Opera, & *Statii Papinii* sylvae ex editione *Ioannis Calphurnii*, impressa Vicentiae per Magistrum *Ioannem Renensem*, & *Dionysium Berthochum* in fol. Volumen hoc eo potissimum nomine se commendat, quod manu *Bernardi* huius Pisani adnotatas ad oram libri exhibet plures variantes lectiones ex antiquis Codicibus optimae notae desumptas. Ad calcem Poematum *Catulli* legitur: Val. Catulli *Veronensis Epigrammaton Libri finis*; quem recognovi ego *Ber.* Pisanus *collato emendatissimo* F. Puccii *exemplari An.* 1502. Ad calcem *Tibulli*: *Recognovi ego* Bernardus *Pisanus ut supra*. Tandem ad

finem Elegiarum *Propertii*. Bernardus *Pisanus haec adnotabat brumalibus vigiliis, collatis aliis exemplaribus, secutus fidem probatissimi, quod fuit* Francisci Puccii *Viri litteraturae laude insignis.*

PLACIDVS ANTONIVS.

Pomponii Gaurici Neapolitani in patrio Lyceo Eloquentiae Professoris Commentariolum de sculptura &c. ad divum *Herculem* Ferrariae Principem, una cum eclogis eiusdem, *Antonio Placido* debemus, qui, ut a *Philippo Iunta* A. MDIV. imprimeretur curavit, ac pereleganti epistola *Laurentio Strozzae* Florentino nuncupavit, *viro, uti* (sunt eius verba) *regia domo, ceteros in toto terrarum orbe mortales antecellenti; ita & ceteros in hac florentissima urbe iuvenes, & morum, & ingenii nobilitate praestanti.* Alia eius carmina, videlicet Elegiae, silvae, & Epigrammata Neapoli cusa sunt Anno MDXXVI. 8.

Iovius in Elogiis virorum illustrium pag. 140. illud etiam *Pomponii Gaurici* inseruit, cum ejus effigie barbata ad vivum expressa.

RICCARDINVS BENEDICTVS.

Benedictus Riccardinus Florentinus, vulgo *Philologus* nuncupatus, *Angeli Politiani*, una cum *Petro Crinito*, discipulus fuit, (1) ut patet ex ty-

(1) Miror in recensione *Politiani* auditorum omisisse *Benedictum Philologum* cl. *Fridericum Ottonem Menckenium* in vita *Politiani* edita Lipsiae MDCCXXXVI. in 4. pag. 77. seqq. De eo haec mihi perhumaniter communicavit *Petrus Cianfogni* Canonicus Laurentianus eruditissimus, excerpta ex eius opere Mss. *Historia del-*

pographi Praefatione *Terentianis* comoediis praemissa, Florentiae ab *Iuntis* editis A. MDVII. ubi etiam adpellatur *doctus apprime & ipse vir, elegansque*. Clericorum Laurentianae Basilicae praeceptor fuit A. MCCCCXCVII. pro quo munere bene gesto, A. MDVI. die IV. Iunii inter Canonicos extra numerum eiusdem Ecclesiae meruit cooptari. Exstat

---

della Real Basilica di S. Lorenzo di Firenze e suoi illustri Canonici: *Benedetto Riccardini* detto per soprannome il *Filologo* fu maestro de' Chierici di S. *Lorenzo* prima messovi sostituto il dì 24. Gennaio 1497. poi stabilitovi il dì 27. Febbraio 1497. Ebbe con partito Capitolare de' 19. Maggio 1505. l'espettativa della prima Cappella Corale che fosse vacata; dipoi per partito del dì 9. Maggio 1506. gli tolse questa espettativa, e glie la dette per il primo Canonicato vacante, con che egli così eletto, e nominato, si fosse fatto confermare dal Pontefice; ed essendo venute le Bolle della confermazione di questa nuova elezione fatta dal Capitolo in Ser *Benedetto* (dice il partito) *al presente maestro dei novizi, e nuovo Canonico*, (come apparisce di sopra) fu accettato, e ricevuto *ad osculum pacis*, e gli fu dato lo stallo in coro, e il luogo in Capitolo, e fu fatto Canonico soprannumerario colla espettativa alla prima vacante prebenda. E se ne rogò Ser *Gio. Tinghi* il dì 4. Giugno 1506. Seguitò tuttavia ad esser maestro fino al dì 9. Marzo, e morì a dì 16. Marzo 1506. *ab Incarnatione*. Sotto il dì 19. Novembre 1507. si trova un ordine del Capitolo, che fossero pagati dal Camarlingo agli eredi suoi alcuni denari, che aveva speso, quand'era Maestro, del proprio in una certa lite in Curia Romana, per sostenere alcuni privilegi del Capitolo, riguardanti la Cappella soppressa di *S. Bartolommeo* asseguata per stipendio al Maestro *pro tempore*.

eius Grammatica in gratiam *Nicolai* & *Alexandri* fratrum de *Machiavellis* conſcripta, & recuſa, ut videtur A. MDX. (1) Maxima adhibita diligentia recenſuit A. MCCCCXCVII. *Zenobii* Epitomen Proverbiorum graece; A. MD. *Orpheum*; Anno MDIII. *Catullum*, *Tibullum*, *Propertium*, *Horatium*, *Valerium Flaccum*, *Salluſtium*; A. MDIV. Eclogas *Vergilii*, *Calphurnii*, *Nemeſiani*, *Franciſci Petrarchae*, *Io. Boccaccii*, *Ioannis Baptiſtae Mantuani*, *Pomponii Gaurici*, itemque *Petri Criniti* Libros de Honeſta Diſciplina; A. MDV. *Terentianas* Comoedias; MDVI. *Senecae* Tragoedias, cum argumentis, qui *Philologi* noſtri ultimus labor fuit; etenim ad diem VI. Martii anni inſequentis MDVII. e vivis exceſſit, non ſine incredibili litterarum iactura.

Petrus Crinitus mox cit. Operis Libro XVIII. Cap. II. ita de eo honorifice loquitur;

Lunai portum pretium eſt cognoſcere cives &c. Lunai, inquit, dictum eſt, ſecundum antiquam declinationem, ſicuti Vergilius: *Furit intus aquai. Quod etiam* Benedictus Philologus (*quum de* Vergiliana *emendatione ad eum ſcriberem*) *comprobavit, vir unus aetate noſtra, qui de omni antiquitate ſit optime meritus, quum in ea illuſtranda atque excolenda adſiduo ſtudio, ac mirifica diligentia incumbat,*

---

(1) Cum hoc titulo: *Erudimenta Grammatices Latinae Linguae* &c. *Florentiae impreſſa opera* & *impenſa* Philippi Giuntae A. MDX. nonis Maii 8.

ROBBIA LVCAS.

Lucas Robbia, vir omni politiori litteratura excultus (1), & historicus, latino eloquio vitam composuit *Bartolomaei Valorii*, viri Consularis gravissimi, quae Mss. apud plures adservatur (2) Haec autem Italicae data fuit linguae a *Petro Stupha* Canonico Florentino, & manu exarata legitur in Tomo XIX. Miscellaneorum *Antonii a S. Gallo* in Bibliotheca *Riccardiana*.

E vivis erepto *Benedicto Philologo*, e cuius florentissimo gymnasio prodierat, A. MDVII. mense Decembri, opera, & impensa *Philippi Giuntae*, venit in lucem *Q. Curtius*, cui praemittitur *P. Petri Bargetani* super *Q. Curtii* recognitione hendecasillabum, itemque *Robiae* nostri Epistola ad *Alexandrum Acciaiolum*, in qua quantos labores in *Curtio* restituendo exantlarit, *Angeli Angenii* viri doctissimi diligentia, & industria adiutus, satis superque declarat. Idem praestitit in recensendis *Caesaris* Commentariis Anno MDVIII. quae sub auspicii *Nicolai Valorii* vulgata fuerunt. Plura quoque *Ciceronis* Opera, quae in manus nostras non pervenerunt, castigasse paullo post annum MD, constat ex eius Epistola nuncupatoria ad *Hierony-*

---

(1) Ita eum *Poccianțus* appellat in Cat. Flor. Script. pag. 115. *Iacobus Nardius Istor.* fiorent. pag. 270. tradit: *che* Luca *della* Robbia persona letterata e grave viveva l'anno MDXII.

(2) Hunc *Cinellius* in Histor. Mss. Etruscor. Scriptor. in Biblioth. *Magliab.* Tom. II. pag. 1174. falsò putat esse eumdem, ac Sculptorem, & primum inventorem operum, quae vulgo nuncupantur *terre della Robbia*.

mum Benivenium (1) Quaestionibus Tusculanis praemissa in lucem datis Anno MDVIII.; in qua adfirmat, quod *pridem plura* Ciceronis *Opera*, *in ea Philosophia*, *quae est de vita*, *&* *moribus impresserit*, *&* *Quaestiones Tusculanas materiae dignitate adductus*, *in hoc tempus servavit*. Eiusdem etiam *Ciceronis* Officiorum Libros III. cum aliis opusculis, quae cum illis coniungi solent eo ipso anno in lucem emisit e typographeio *Iuntarum*, quam tamen editionem, quae memoratur a *Crevenna* non vidimus; alteram vero habemus A. MDXIII. mense Aprili, cui praecurrit dedicatio *Robiae* ad *Petrum Medicem*, quam in praecedenti etiam editione fuisse opinamur.

Aliud *Ciceronis* Operum volumen inspeximus, continens Libros de Oratore, de Cl. Oratoribus, Oratorem, Topica, Oratorias Partitiones de optimo genere Oratorum, quod prodiit An. MDXIV. mense Octobri. In Epistola dedicatoria *Laurentio Signio*, *doctissimorum*, inquit *Robbia*, *nostrae aetatis verbis accensus*, *&* *eorum sententiis adiutus*, *haec Tullii de praeceptis oratoriis*, *de copia dicendi de studio eloquentiae opuscula castigavi*, *&* *calcographorum opera typis excusa tuo nomine divulganda inscripsi*.

Ex-

---

(1) Ipsemet *Hieronymus Benivenius Lucae Robiae* suam dicavit Bucolicam, novis curis expolitam, ac Venetiis una cum aliis eiusdem Operibus impressam *per* Niccolò Zoppino, *e* Vincenzo *compagno* M.CCCCC.XXII. *A dì* XII. *d' Aprile regnante lo inclito Principe Messer* Antonio Grimani. 8. pag. 73.

Exſtabat Mſ. Codex apud *Salvinum Salvinium* (1) cum hoc titulo: *Recitazione di* Luca *della* Robbia *del caſo di* Agoſtino Capponi, *e di* Pietro Pagolo Boſcoli. In eo autem continetur hiſtoria coniurationis a *Capponio*, & *Boſcolo* contra *Iulianum*, *Laurentium*, ac *Iulium Mediceos* A. MDXII. ut patriae libertatem tutarentur, excogitatae, ibique appellatur *Lucas Simonis Marci* della *Robbia*. Coniurationis auctores inter diem XXII. & XXIII. Februarii capite minuti ſunt.

ROMVLEVS LAVRENTIVS.

Laurentius *Romuleus* Muſarum alumnus, & Rhetoricae profeſſor per quinquennium in celebri Vallis Vmbroſae Archicoenobio. Praeſtat de vitae ſuae inſtituto ipſum audire in Epiſtola nuncupatoria *Ciceronis* Rethoricae A. MDVIII. praemiſſa, & *Franciſco Cattaneo Diaceto* viro Platonico inſcripta. *Ego itaque* (inquit ille) *quum quartum abhinc menſem* (2) *ex quietis illis* (*quod te non praeterit*) *Valliſumbroſae ſeceſſibus, ubi quinquennium profitebamur, in patriam remigraverim, nolui per ſocordiam & ignaviam* (*ut* Criſpi *utar verbis*) *aetatem agere; qui tametſi cum ſcribendo, tum*

(1) In notis & additionibus Mſs. ad *Nigrium* pag. 386. Conſtat autem Cod. pag. 87. in 4. Ex eadem Familia della *Robbia* progenitus eſt *Laurentius*, primum Epiſcopus Cortonenſis, inde Feſulanus, cuius exſtant Conſtitutiones Synodales impreſſae Florentiae MDCXXXVI. 4. Multa autem de eadem Familia profert *Dominicus Maria Mannius Oſſerv. iſtor. ſopra i Sigilli* Tom. X. pag. 3. ſeqq.

(2) Patet hinc, quatuor menſes in hoc *Ciceronis* Opere recognoſcendo inſumpſiſſe.

faciendo de Republica, ob ingenii & corporis imbecillitatem bene mereri nullo modò possum, tamen & eos, qui fecere, & qui facta aliorum scripsere, si a situ obliteratos, & a barbarica offusione male habitos in suam ipsius Romani nominis libertatem pro virili assererem, bonisque promererem civibus, ingratum sane opus haud me facturum existimavi. Et licet nos, & omnis posteritas Aldo Manutio *primum, mox* Benedicto Philologo, *praeceptori meo, cuius manibus studiosi debent, ac demum ceteris, qui huiusmodi provinciam expoliendae latinitatis susceperunt, deberi plurimum fateamur, ipse tamen, qui bene doctos viros mihi ad imitandum proposui, nonnihil utilitatis adferre studiosis me posse crediderim; siquidem nostras has (quantunculae sunt) vigilias, tuque, bonique ceteri cognoveritis. Interim,* Francisce *humanissime, dum alia excusoribus nostris, partim tradita excuduntur, partim tradenda deinceps, recensemus, hos Romanae eloquentiae auctoris, sive (ut dicam verius) auctoris & principis, quos nuperrime castigabamus, Rhetoricorum Commentarios tibi merito nuncupatos muneri mittimus.*

Inter carmina quinque Etruscorum Poetarum *Francisci Vinthae* Florentiae MDLXII. 8. pag. 16. legitur *Francisci Vinthae* Epigramma, cui titulus:

Laurentii Romulei *Rhetoris tumulus.*

Laurenti *ad tumulum Musas flevisse Latinas*
Vidimus, & sacro haec verba dedisse rogo:
Discendi hic vera ars, hic vera sepulta docendi est.
Credita res lacrymas Tybris & Arnus habet.

Ex huius *Laurentii Romulei, Philippi Angenii* Civis Flor. & *Dominici Benivenii* legato Codices nonnullos in *Marcianam* Ord. Praed. Bibliothecam fuisse inlatos adfirmat Cl. *Laur. Mehus* in Praef. ad *Ambrosii* Camald. Epistolas pag. LXVII.

SCALA LAVRENTIVS.

Laurentius *Scala*, *Iuliani* filius, *Barptolomaei*, Florentinae Reip. a ſecretis nepos, (1) *Angeli Florentiolae* amiciſſimus, poſt eius immaturam mortem, ope *Hieronymi* eiuſdem *Florentiolae* fratris, ſcripta omnia *Angeli* ſtudioſe collegit, ex parte ſupplevit, ac publica luce donavit, litteris praemiſſis ad *Franciſcum Miniatum*, & ad *Laurentium*, & *Pandulphium Puccios*, typis *Iuntarum*, ac *Torrentini* nitidiſſimis, quae quidem a ſtudioſis italicae linguae avidiſſime conquiruntur.

TVCCIVS MARIANVS.

Marianus *Tuccius* Florentinus, *Paulli* filius, ad Piſanam Academiam Poëtices & oratoriae Profeſſor accitus eſt Anno MDXVII. (2). In aula Florentinae Reipublicae Principis, aliquando vitam exegit, & non parum apud ipſum auctoritate polluit. (3) Dum in patrio gymnaſio eloquentiam profiteretur ſe in *Iuntarum* typographia exercuit, & Scriptores aliquot caſtigavit. Anno igitur MDX. *Suetonii* vitas XII. Caeſarum, & paullo poſt *Virgilii Maronis* opera recenſuit, in quorum calce pag. CCLXXXVIII. *Tuccii* Monitum ad ſtudioſos legitur, in quo quantum diligentiae in eo e-

---

(1) Vid. *Apoſtolum Zenum* Diſſert. *Voſſian.* Venet. MDCCLIII. 4. Tom. II. pag. 265. ſeq.

(2) Nota Conductionum dicti anni in Archivo Flor. Reform.

(3) Vid. *Fabruccium* Poſtrema aetas Piſani Licaei Opuſc. XII. §. XXV.

dendo posuerit luculenter exponit. Exinde vero A. MDXII. *Apuleii* opera, & Anno MDXIII. *Sallustium*, & *Lactantium Firmianum* ab omni squallore detersit, & demum anno subsequenti *Ioviani Pontani* opera poëtica, duobus voluminibus in 8. ac *Ciceronis* epistolas ad *Atticum* quam castigatissime in lucem emisit. Hinc factum est, ut prudentissimis Academiae Pisanae Curatoribus placuerit discessuro Pisis *Andrea Dactio*, duobus antea annis conducto, *Marianum* nostrum evocare ad Eloquentiae cathedram implendam, constituto eidem sexaginta florenorum aureorum stipendio, quod eidem postero tempore adauctum fuit (1). Susceptum id muneris per aliquot annos ea sedulitate explevit, qua olim *Laurentius Tuccius*, forte ex eadem illustri familia progenitus, qui anno MCCCCXCI. in Pisano Athenaeo cum *Raphaele*, *Bernardi del Fachino*, & biennio post cum *Ludovico Ricciardi* Volaterrano primum Logicam, deinde Philosophiam A. MCCCCXCIIII. ac denique Medicinam, auctis congrue stipendiis, A. MCCCCXCVIII. publice professus est. (2)

VICTORIVS PETRVS.

Petrus *Victorius*, vir multo acumine, perspicaci ingenio, & erudita facundia praeditus, disciplinarum omnium praesidiis instructus, & *Ciceronianae* eloquentiae insigne & immortale decus, natus est Florentiae anno publicae salutis MCCCC-

---

(1) Rotul. seqq. Annor. Ibid.
(2) *Fabruccius* de tertia Pisani Studii peregrinatione Opusc. X. §. XXI.

xcix. v. Eidus Iulias, hora xv. Patrem habuit *Iacobum Victorium*, matrem vero *Elisabetham*, *Petri Iacomini* filiam. Fato cessit, animamque efflavit A. MDLXXXV. xv. Kal. Ianuarias, quum septimum & octogesimum annum ageret. Visus fuit in mundum caelitus delapsus, ut in scribendo, & docendo omnes oratoriae artis locos abstrusiores, miris ingenii sui luminibus illustraret; cuius eximiae elegantiae dulcedine commoti atque adlecti studiosi viri, tum ex Italia, tum ex Transalpinis regionibus, Florentiam, tamquam ad purissimam ex hoc uberrimo fonte scientiam hauriendam, non sine multis magnisque periculis advenerunt.

Quamplurima, ac numquam interitura monumenta aeternitati consecravit, quae omnia diligenter expendimus in eius vita vernaculo primum a nobis sermone conscripta, & Liburni per *Antonium Santinum* impressa A. MDCCLVI. in 4°. quam deinde auctam, & latio donatam praemisimus Tomo I. Cl. Italorum & Germanor. Epistolar. ad *Petrum Victorium* Florentiae MDCCLVIII. 4.

Pleraque eius Opera ab *Iuntis* impressa circumferuntur; in hanc autem nostram seriem sunt tantum referenda ea, quae sequuntur.

I. Aristotelis *de moribus ad* Nicomachum *filium Libri decem. Florentiae apud* Iuntas MDXLVII. 4°. Graece.

II. Porphyrii *Philosophi de non necandis ad epulandum animalibus Libri IIII.* &c. E Medicea *Bibliotheca Florentiae* MDXLVIII. *ex officina Bernardi Iuntae* fol.

III. Petri Victorii *Commentarii in tres libros* Aristotelis *de Arte dicendi. Positis ante singulas declarationes graecis verbis auctoris. Florentiae in officina* Bernardi Iuntae MDLVIII. fol.

VIVIANVS CAROLVS.

Carolus *Vivianus* Collenſis (1) non *Vſinianus*, ut eum per errorem *Nigrius* in hiſtoria Florentinorum Scriptorum appellat, forte diſcipulus fuit *Laurentii Lippii* ex eodem oppido oriundi, qui in latinis, & graecis litteris valuit plurimum, ac praeter Epigrammata plura, *Oppiani* Libros V. de piſcibus e graeco ſermone latinos metrice reddidit, magnifico *Laurentio Medici* nuncupatos; quae omnia impreſſa fuere in Colle Municipio Florentino Anno MCCCCLXXVIII. in 4. pag. 121. (2) Latinam poëſim *Carolum Vivianum* excoluiſſe patet etiam ex Mſs. carminibus, quae a memorato *Nigrio* dicuntur exſtare penes *Antonium Magliabechium* (3) qui etiam adnotationes in *Ovidii* libros de arte amandi conſcripſiſſe teſtatur. Has innuit *Nicolaus Heinſius* in Epiſtola ad *Antonium Magliabechium* (4), & quidem his verbis: *Rogo, me doceas, ecquas videris* Caroli Viviani *in* Naſonem

---

(1) De eius familia haec habet *Ioannes Cinellius* cum additionibus *Biſcionianis* Mſs. in *Magliabech.* Carlo Viviani *famiglia ſpenta. Due ſono, o per dir meglio erano le famiglie* Viviani *antiche; l'una ſono*, Viviani *di Colle, che vanno per il quartier* S. Croce; *l'altra* Viviani Franchi, *che vanno per il quartier* S. Giovanni.

(2) Aliae eiuſdem e graeco verſiones Mſs. exſtant in Laurentiana Biblioth. quae accurate a me recenſentur in Catal. Codic. Latinor. Tom. II. pag. 401. IV. Tom. III. pag. 211. II. 676. IX. 677. X. 748. I.

(3) Addit *Cinellius* loc. cit. reperiri tunc in Biblioth. Palatina Magni Etruriae Ducis eius Silvam Mſ. ad *Laurentium Mediceum*.

(4) Tom. I. Epiſtolar. Claror. Belgar. ad *Ant. Magliab.* Florentiae MDCCXLV. 8. pag. 160.

notas, praeter illas, quas Iuntae *vestrates edidere in Metamorphoses, easdem etiam possideo ex editione Veneta minoris formae*; *at* Gesnerus *in Biblioth. si probe recordor; complura eiusdem adnotata in alios* Ovidii *Libros publica luce donata enarrat; quae hactenus oculos meos fugere*. Idem in alia Epistola, quae videtur responsiva ad ea, quae *Magliabechius* rescripserat (1) subiungit: Caroli Viviani *annotationes in* Nasonem *intercidisse maiori ex parte; est mehercules dolendum, quod is Spartam hanc diligenter satis graviterque exornarit. In iis, quae ad Metamorphoses* Nasonianas *conscripsit, profitetur ipse, ni fallor, se animadversis suis* Nasonem *omnem illustrasse*. Eas quoque sedulo conquisivit *Petrus Burmannus* in Epistola ad *Magliabechium* (2) ubi agit de suis curis in *Ovidii* Operibus recensendis: *sed* (inquit ille) *ante omnia exoptarem copiam mihi fieri duorum Librorum, quos reperire adhuc, quicquid operae insumsi, nequivi. In* Gesneri *Bibliotheca legi exstare* Caroli Viviani *Annotationes in lectionem* Ovidii *Librorum Metamorphosis & de arte amandi impressas Florentiae; quas numquam vidi, & puto me iam olim de illo libro te consuluisse, an ulla spes foret eum consequendi* &c. Ac rursus in alia ad eumdem Epistola (3) *Ad eius vero emolumentum maxime pertinere putarem, si compos fieri possem* Viviani *Annotationum in Metamorphoses, quas olim Florentiae prodiisse puto, & de quibus iam etiam quondam*

(1) Ibid. pag. 163.
(2) Inter Claror. Belgar. Epp. Tom. II. pag. 296.
(3) Ibid. pag. 300.

ad te perſcripſi, & quas fruſtra hic terrarum quaeſivi. Si prece, vel pretio eas mihi conſequi liceret, ſummo gaudio me efferrem &c.

Eius Epigrammata IV. leguntur in *Laureto*, de quo agimus ſub Anno MDXVI. Item aliud eiuſdem Carmen occurrit ad *Suetonii* vindicem praemiſſum editioni *Suetonii Iuntinae* Anno MDXV. menſe martio.

Ovidii Metamorphoſeon Libros XV. quum florenti adhuc eſſet aetate, *Leonardo Tornabono*, quo familiariter utebatur, adhortante, adhibitis antiquis exemplaribus ab innumeris mendis purgavit, & argumenta metrica ſingulis libris praemiſit, in lucem dedit Florentiae per haeredes *Philippi Iuntae* A. MDXXII. kal. ſept. in 8. (1)

ZEFFIVS FRANCISCVS.

Zeffius, ſive *Zephyrus Franciſcus*, filius *Antonii*, patria Emporienſis, (2) vir graece, & latine doctiſſimus, vixit Florentiae poſt annum MD.

(1) Conſulenda eſt Epiſtola huic editioni praemiſſa.

(2) *Thomas Dempſterus* in Etruria Regali, curante *Petro Coke* Florentiae MDCCXXIV. fol. Tom. II. pag. 397. ubi Florentinos Scriptores recenſet, perperam e *Zefferinia* familia fuiſſe genitum adfirmat. *Nigrius* autem l. c. p. 227. *Franciſcum Zephyrium*, & *Franciſcum Zeffium* duos diverſos eſſe Scriptores ſomniavit. *Dominicus* autem *Maria Mannius Oſſervazioni iſtoriche de' Sigilli antichi de' Secoli baſſi* Tomo XV. Sigillum Emporienſis communis illuſtrans, inter viros illius oppidi claros *Franciſcum Zeffium* Canonicum Emporienſem, ac S. *Laurentii* Florentiae commemorat.

Praeceptor fuit *Petri*, & *Vincentii* (1) filiorum *Philippi Strozzae*, Libertatis Patriae acerrimi defenſoris, ac vindicis (2). *Laurentio* autem *Strozzio* dicavit Dialogum de quiete animi MS. in Bibliotheca *Riccardiana* (3). Eius aſſiduo ſtudio debemus caſtigatiſſimam editionem *C. Plinii Caecilii Secundi* Epiſtolarum &c.; quam *Petro Franciſco Medici* inſcripſit, elegantiſſima Epiſtola, qua quid in eo priſtinae integritati reſtituendo praeſtiterit, ope veterum manuſcriptorum Codicum, luculenter exponit. (4) Inter clarorum Italorum, & Germanorum Epiſtolas ad *Petrum Victorium* a me editas Florentiae MDCCLVIII. 4. Tom. I. pag. 1. Epiſtola occurrit *Io. Franciſci Zeffii* ad *P. Victorium*, data Venetiis nonis Junii MDXXXVII; in qua eum certiorem reddit de cura a ſe impenſa in caſtigandis *Ciceronis* ad *Atticum* Epiſtolis, ope voluminis cuiuſdam a *Benedicto Accolto* Cardinale correcti. Pergit deinde amicum certiorem facere de deploranda iactura librorum ſuorum, & qui-

---

(1) *Varchius Stor. Fior.* ad Annum MDXXVII. de eo tradit: *Laſciati* Piero, *e* Vincenzio *in Empoli ſotto la cuſtodia di Ser* Franceſco Zeffi *lor precettore &c.* Erant filii *Philippi Strozzae*, & *Claricis Mediceae*, Filiae *Petri*, quondam *Laurentii* Magnifici. Mox ad annum MD.XXXV. ſubiungit; *che* Lorenzo *de* Medici, *dopo avere ucciſo il Duca* Aleſſandro *ſi fece dare alcuni denari da* Franceſco Zeffi, *ſuo come Maeſtro di Caſa, e fuggì a Bologna.*

(2) *Vita di* Filippo Strozzi *Padre di* Piero. *Livorno per* Ant. Santini 1756. 4. p. 13.

(3) Cod. Chartac. in 4. num. 21. Vide eius Catalog. pag 380.

(4) Prodiit Florentiae opera, & ſumptu *Philippi Iuntae* MDXV. menſe octob. in 8.

dem his verbis: „ Dum haec ad te scribo, subit
„ meae iacturae recordatio, non supellectilium,
„ non vestium, non pecuniarum, non denique vul-
„ gatorum librorum; harum enim rerum super-
„ flua sunt negligenda, necessaria vero obvia; sed
„ volumina aliqua non vulgata mihi periisse do-
„ leo, lucubratiunculas meas mihi sublatas queror;
„ at informes, at rudes, at inconcinnae, & ine-
„ ptae erant; & hoc illud est, quod me ma-
„ xime angit, ea eiusmodi adparere, quae ipse,
„ aut perfecissem, aut certe perfregissem. E-
„ rant sane multa, quae quum datum a litibus
„ fuisset ocium, selectis seminibus, igni destina-
„ veram, quae utinam cum seminibus nunc pereant;
„ erant tamen aliqua, quae supremam manum ex-
„ pectabant, ut *Virgilii Marcelli* laudatio, miscel-
„ lanearum *Politiani* compendium, epistolarum vo-
„ lumen, declamationes aliquot. Erant praeterea
„ patrio sermone adloquutiones plures, comoediae
„ duae, ad *Francisci Petrarchae* imitationem, odae
„ sex, & triviales multae, quae omnia, quum
„ facilius in praesentia deplorari, quam inquiri
„ posse intelligam, conclamemus. Vnum tamen
„ est, quod neque conclamatum, neque iuri ces-
„ sum, sed omni amicorum ope mihi inventum
„ velim, *Horatium* scilicet per me adcuratissime
„ purgatum; enchiridio enim istic impresso, &
„ pecorino tergore involuto, multos per annos,
„ multis probatissimisque conlatis codicibus, o-
„ mnem eorum variam lectionem adnotaveram;
„ tum altero eiusdem impressionis adcepto, pro
„ arbitrio, quam probarem, reposueram; & ne
„ pars aliqua suscepti laboris deperiret, neve in-
„ posterum ulli in inquisitione, sed in sola ele-
„ ctione foret elaborandum, varias lectiones ad-

„ notaveram, & cuncta denique excusioni dispo-
„ sueram. Dices, quorsum apud me de tuo ela-
„ borato *Horatio* tam dearticulata querela? eo
„ scilicet, ut tu, qui in eadem arena laboras,
„ propensius inquiras, & facilius invenias. Te
„ igitur pro tuo in bonas artes studio oro, atque
„ obtestor, ut tum tua, tum amicorum industria,
„ & cura mihi inventum cures. Quod si effece-
„ ris, & mihi rem gratissimam, & eius studiosis
„ perutilem praestiteris. Vive, & vale. Nonis
„ Iun. MDXXXVII. Venetiis.

Canonicatum in Laurentiana Basilica obtinuit A. MDXXXIX. ut Cl. *Salvinus Salvinius* in additionibus ad *Iulii Nigrii* historiam Florentinorum Scriptorum refert pag. 227. Fuit prius coadiutor *Francisci* de *Honestis* a Castilione Aretino, ac postmodum eius successor Anno MDXLII.

Inter primos Academiae Florentinae Socios, a *Cosmo I.* constitutae, die XXIII. Februarii Anno MDXLI. meruit cooptari (1), in eaque perhonorifico censoris munere bis functus est. Graecas litteras publice docuit post *Cyriacum Strozzam* Florentiae, atque inter celebriores eius discipulos adnumeratur *Vincentius Borghinius*, Florentinae criticae historiae instaurator.

Dominicus Maria Mannius Tomo III. Operis cit. pag. 84. de Sigillo Hospitalis Innocentium Florentiae verba faciens, eiusdem Rectoris *Raphaelis Borghinii* Diarium adfert, ex quo haec, quae

---

(1) Iacopo Rilli *Notizie Letterarie, e istoriche intorno agli uomini illustri dell'Accademia Fiorentina. Firenze per* Pietro Matini MDCC. 4. pag. 44.

sequuntur de *Francisco Zephyro* excerpsimus: *Questo medesimo anno* (1537) *cominciò a leggere quì in Casa* (in Abbatia scilicet Florentina) *Messer* Francesco Zeffi *uomo litteratissimo, e di costumi ottimi, e lesse l'Orazione di* S. Gregorio *Nazianzeno, e le Tusculane di* Cicerone *per la lingua latina, del quale abbiamo fatto più frutto, che di alcuno altro Maestro, che in queste facultà abbiamo mai avuto* = *Questo anno* (1538) *seguitò* M. Francesco Zeffo *la sua lezione, eccettochè nel fine variò, e prese ancora* Omero, *e lesse circa duoi libri dell'* Odissea. = *Questo anno* (1539) *parve al Padre nostro Reverendiss. Abate per darci ogni comodità di potere studiare, e di poter diventare uomini da bene, e virtuosi, invitare Messer* Francesco Verini, *il quale accettò graziosissimamente, e stette con noi* 15. *giorni alle Campora, e lesse il primo, e parte del secondo dell' Anima, dove li fu usata tutta quella umanità, che meritava un tanto uomo di noi amorevolissimo, di dottrina eccellentissimo, e santissimo di costumi. Stettevi ancora con lui Messer* Francesco Zeffo , *che aveva questo anno terminata la sua lettura, ma per sua benignità venne ancor lui a starsi con noi, e lesse a certi di noi d'* Esiodo *quella Opera, che si chiama l'opere dei giorni. Appresso leggeva ogni mattina insieme col* Verino *una Lezione Greca di* Platone *ciò fu il* Fedone, *e il principio del* Fedro, *dove intervenivano la maggior parte con sommo piacere.*

E vivis excessit valde senex anno MDXLVI. die XVII. Ianuarii (7), ab Incarnat.

---

(1) *Salvinius* loc. cit.

Exſtat ab eo in Italicam linguam translatum, & luci datum publicae, *L' ufficio della glorioſiſſima Vergine, e Madre di Dio, ſecondo la conſuetudine della Romana Chieſa, tradotto nella lingua Fiorentina. In Venezia nella ſtamperia degli Eredi di* Lucantonio Giunti *Fiorentino nel meſe di Gennaio* MDXLI. *a nativit.* in 12°. (1) Inſcribitur autem ab auctore: *Alla generoſa, ed eccellente Madonna Mad.* Laudomia, *e Madonna* Maddalena Medicee *degli* Strozzi.

Epiſtole di S. Girolamo *Dottor della Chieſa, ſcritte a diverſe perſone, mentre ch' egli era nell' eremo &c. regola del temporale, e ſpiritual vivere per le Monache ne Monaſteri. Nuovamente tradotte di latino in lingua Toſcana per* Giovan Franceſco Zeffi *Fiorentino &c. Con privilegio dell' Illuſtriſs. Signoria. In Venezia nella ſtamperia de'* Giunti. MDLXII. 4. Praecurrit *Lucae Antonii Iuntae* typographi *al Reverendiſs. Monſignor* Domenico Bolani *Veſcovo di Breſcia*, in qua haec habet: *ò voluto mandar fuori ſotto il nome ſuo l' Epiſtole di S.* Girolamo, *belliſsima opera da ſantiſsimo, & dottiſsimo uomo compoſta, e da uomo non men divoto, che dotto, nella noſtra lingua nuovamente traportata, e pur ora ſtampata nella noſtra ſtamperia &c.*

Tertulliani Apologeticum doctiſſimis commentariis illuſtraſſe refert *Nigrius* loco citato, quae in lucem prodiere cum *Tertulliano* ipſo Baſileae Anno MDL. (2) Inſuper *Io. Alb. Fabricius* Biblioth.

---

(1) Vid. *Bibl. dell' eloquenza Italiana di Monſig.* Fontanini *colle annotazioni di* Apoſtolo Zeno. *Venezia per* Gio. Battiſta Paſquali MDCCLIII. T. II. pag. 241.
(2) *Dempſterus* l. c. pag. 397.: *Commentariis* (inquit) *ple-*

Latin. Tom. II. pag, 271, elegantem *Tertulliani* editionem recenset Parisiis apud *Andream Wechelium* MDLXVI. 8. duobus voluminibus, quae integras *B. Rhenani* notas singulis libris praemissas exhibet, & Apologetico adiunctum *Francisci Zephyri* Florentini commentarium, sive paraphrasim antea non editam,

Eidem tribuenda est catena, inscripta: Francisci Zephyri *Florentini Catena; seu explicatio locorum, qui in Pentateucho subobscuriores occurrunt. Ex antiquis Graecorum* Theologis *deprompta. Coloniae Agrippinae* MDLXXII. 8. (1)

Adservantur in *Laurentiana* Bibliotheca *Francisci Zephyri* sequentes e graeco versiones.

I. *Ciceronis* vitae ex *Plutarco*.

II. Excerpti ex *Polybii* Libro VI. de Romana Republica.

III. Item alterius excerpti ex eodem, de eo, *quid a ceteris differat Romana Respublica*.

IV. Vitae S. *Antonii* a Beato *Athanasio* descriptae. (2) Huius autem versionis exemplar auto-

---

plerosque Patrum illustravit & maxime Tertullianum: *in cuius Apologeticum doctissimam Paraphrasim edidit, quae summa auctoritate a doctis quibusque legitur.*

(1) Praemittitur *Francisci Zephyri* Clerici Florentini Epistola nuncupatoria *Francisco Soderino* Clerico Apostolico, in qua notanda sunt verba: *Quum itaque in manus meas incidisset vetustus Codex, ubi omnium fere Graecorum Theologorum sententiae in Pentateuchon breviter collectae fuerant, delectatus operis varietate, ac vero genere interpretandi, in latinum tibi sermonem converti, ut inter isthaec sacrae Curiae negotia facile tibi, atque aliis per te ad sacrarum litterarum studia pateant aditus &c. Data Florentiae Idibus Maii* M.D.XLVI.

(2) Vid. Catalog. Codic. Latinor. Tom. III. pag. 401.

graphum ipsius *Zephyri* adservatur in Bibliotheca Abbatiae Florentinae cum hac epigraphe: Franciscus Zephyrus *omnibus Sanctis Monachis in Abbatia Florentina salutem, & gratiam in Domino nostro Iesu Christo.*

Inter Carmina Italica *Hieronymi Benivenii* unum legitur *Zephyri* in eiusdem *Hieronymi* laudem, in cuius calce disertissima *Benivenii* ad *Zephyrum* Epistola subiicitur, quae incipit: *Avendomi tu, dilettissimo mio* Gio. Francesco, *già più volte esortato a far copia di quelle cose, che in nella pubblicazione d' altre mie Canzone, Psalmi, Capitoli, e Sonetti di amore, di amore dico celeste, e divino, furono come poco utile indietro lasciate, sono stato alquanto sospeso, se io te ne devo compiacere ec.*

In Libro, cui titulus *Lauretum* tria occurrunt *Zephyri* Epigrammata.


Alia duo eiusdem Epigrammata habes inter Carmina Illustr. Poetar. Italor Florentiae MDCCXVI. 8. Tom. XI. pag. 463. quae eadem fortasse sunt, quae leguntur in memorato *Laureto*.

Inter *Stephani* vero *Sterponii* Pisciensis, vulgo *Philoponi* nuncupati Epistolas MSS. lucis adhuc expertes, inseritur *Francisci Zephyri* Emporiensis Oratio in *Coena Domini*, ut *Salvinius* animadvertit loc. cit. pag. 227. qui Codicem hunc possidebat, qui postea in *Antonii Francisci Gorii* potestatem venit.

Barptolomaeus Fontius Lib. III. Epistol. MSS. in Epist. VI. *Francisco Zephyro* data III. Idus Sept. An. MDX. *Crinitum* commemorans, eidem *Landinum, Picum, Nesium*, aliosque viros doctos adiungit.

In Bibl. mea Fesulana possideo nitidissimam Sophoclis Tragoediarum editionem, Venetiis in aedi-

bus *Aldi* A. MDII. in cuius calce legitur *κτῆμα Φραγκίσκȣ τȣ̃ Ζαιφίȣ καὶ τῶν φίλων.* ubi videre eſt plurimas variantes lectiones, & breviſſimas animadverſiones in margine adiectas manu ipſius *Zephyri*: nec non *Priſciani* de octo partibus Orationis Libros XVI. Florentiae per heredes *Phil. Iuntae* MDXXV. 4. adſcripto in fine nomine *Io. Fra. Zeffi*, cuius emendationes quaedam occurrunt in margine.


BOSTON PUBLIC LIBRARY
3 9999 08611 642 1



